Universitätsbibliothek Paderborn

# De veneratione || sanctor[um] libri duo Judoci Clich-||touei. Neoportue[n]sis. excelle[n]tissi-||mi Parisiensis academiæ Theologi

Clicthove, Josse

Coloniæ, 1525

VD16 C 4211

urn:nbn:de:hbz:466:1-36172

Visual Library



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

[illegible] demonstrationem quam cum [illegible] id est quia non continet consequentiam dictionis. Cum ergo [illegible] ne illa [illegible]
[illegible] diversis vocibus reperta sunt pronomina ut ego tu [illegible] confusione certa et diversis terminationibus [illegible]
[illegible] dictionem. Sunt autem [illegible] quia pronomina [illegible] quod demonstrative [illegible]
[illegible] quia pronomina alia sunt demonstrativa tantum ut ego [illegible] alia tantum relativa ut sui. Alia demonstrativa tantum
[illegible] illud demonstrativum quod repertum est ad demonstrandam rem que significatur ex subiectione [illegible]
[illegible] rei quam significat. Ex ui pronominis [illegible] intellectum [illegible] representativo. Relativum [illegible]
[illegible] ad [illegible] de quo possit [illegible] cognito [illegible] quod ad illud de quo [illegible] significat [illegible]
[illegible] dictionem [illegible] illud de quo locutione premisso ut [illegible] pronomen relativum rei [illegible]
[illegible] repetita [illegible] manus [illegible] rei [illegible] recognitio. Si [illegible] dicam [illegible] scripsit
bucolica [illegible] scripsit eneida. [illegible] de quo [illegible]
[illegible] quod est demonstrativum primam [illegible] faciat cognitionem. Relativum secundam [illegible] in eo [illegible] pronomine
[illegible] pronomen [illegible] demonstrativum [illegible] relativum ut ille [illegible] demonstrativo [illegible] primam
[illegible] cognitionem [illegible] relatione [illegible] secundam [illegible] demonstratio [illegible]
[illegible] rei primam [illegible] demonstrativo cognitionem [illegible] pronomen relativum re[illegible]
cognitionem [illegible] rei [illegible] cognitionem [illegible] ex demonstratione certa [illegible] relatione [illegible]
[illegible] Et [illegible] Et prime [illegible] pronominum divisione [illegible] pronomina [illegible] relativa [illegible] demonstrativa
[illegible] demonstrativa simul sunt [illegible] relativa [illegible] pronomina prime [illegible] persone demonstrativa tantum sunt
[illegible] relativa [illegible] pronominum [illegible] alia tantum demonstrativa
[illegible] alia tantum relativa [illegible] sui. Alia demonstrativa simul et relativa ut ille ipse [illegible]
ille demonstrative [illegible] relative. Ipse [illegible] hic docet cognoscere quod ipse [illegible]
ille demonstrativum est [illegible] ipse relativum [illegible] persone [illegible] pronominis [illegible] persone [illegible]
[illegible] demonstrativum [illegible] ut si dicas ipse [illegible] in [illegible] demonstratione [illegible]
ipse [illegible] relativum ut exemplo illo Virgilii [illegible] Ipse [illegible] pronomen ipse relative [illegible]
[illegible] persone [illegible] ut [illegible] pronomen cum [illegible] demonstrativum [illegible] pronomen
[illegible] ego ipse [illegible] ipse demonstrative [illegible] ipse ego [illegible] ipse [illegible]
[illegible] in qua [illegible] prima [illegible] personam. Nec [illegible] persone [illegible] respondendum [illegible] prime [illegible]
[illegible] Similiter [illegible] ego [illegible] personam [illegible]
[illegible] personam [illegible] significat [illegible]
[illegible] personam [illegible] ut [illegible] respondendum [illegible] primam [illegible] personam
[illegible] simile [illegible] constructio illa [illegible] eo quod diverse persone [illegible] coniunguntur. Sunt enim quidam
[illegible] respondendum quod ipse [illegible] prime [illegible] persone [illegible] ego ipse [illegible] ego [illegible] lego [illegible]
2 [illegible] quoniam ipse [illegible] pronominis demonstrativo demonstrativum est [illegible]
[illegible] pronominis demonstrativum [illegible] demonstrativum [illegible] illo Virgilii exemplo. [illegible]
[illegible] pronomen ego [illegible] pronomen [illegible] demonstrativum [illegible]
prime persone [illegible] pronomen prime persone ego [illegible] intelligi. [illegible] Ostenso quod pronomina [illegible] demonstrativa [illegible]
[illegible] relativa [illegible] demonstrationem [illegible] relationem [illegible] pronomina [illegible] demonstrativa sunt et relativa
[illegible] pronomina ex ui demonstrationis primam [illegible] cognitionem ex ui relationis secundam. [illegible] prima cog[illegible]
[illegible] pronomen [illegible] significat [illegible] locutione [illegible] significat ut ille scripsit bucolica
bucolica georgica [illegible] interrogationi reddita [illegible]
[illegible] interrogationi [illegible] reddita. Nec [illegible] demonstratio [illegible] primam [illegible] cognitionem
[illegible] interrogationi reddita [illegible] interrogatione [illegible] primam faciat cognitionem
[illegible] pronomen [illegible] pronomine [illegible] Relativum eo quod secundam faciat cognitionem [illegible] subiunctivum
[illegible] positum [illegible] questione pronominis [illegible] ut [illegible] ut iam predictum ad recordationem [illegible] ad [illegible]
[illegible] demonstrativo cognitionem [illegible] ad [illegible] iam [illegible] Recte [illegible] rei
[illegible] cognitionem [illegible] relativum [illegible] memorie [illegible] ille ex ui
relative positum [illegible] pronomine. [illegible] referri posset ad [illegible] pronomina [illegible] cognitione [illegible]
[illegible] posset [illegible] ipse [illegible] ad pronomen ipse [illegible] ut [illegible] positum [illegible]
[illegible] cognitionem [illegible] ad [illegible] relativum [illegible] cognitionem [illegible]
[illegible] cognitionem [illegible] ad ipse [illegible] ut primam faciat cognitionem [illegible]
[illegible] posset ad illud referri eo quod demonstrativum [illegible] ille [illegible] referri posse [illegible]
positum [illegible] dicatur [illegible] scripsit bucolica ipse georgica ille eneida [illegible] ille [illegible] ad ipse [illegible]
[illegible] ille [illegible] ad [illegible] cognitionem [illegible] ille [illegible] scripsit eneida [illegible] quod [illegible] ipse [illegible]
[illegible] demonstrative posita [illegible] posita demonstrative possunt referri ad ipse [illegible] demonstratio

Th. 957.

E
182

# DE veneratione ſanctoꝝ libri duo Judoci Clichtouei. Neoportuẽſis. excellẽtiſſimi Pariſienſis academiæ Theologi

¶ Primus, honorandos eſſe ab eccleſia ſanctos, & ſedulo a nobis orandos, oſtendit.

¶ Secũdus, rationes eoꝝ, qui contendũt non eſſe venerandos, nec orandos a nobis ſanctos, diſſoluit.

Anno. M. D. XXV.

Liber Monastery Abdinghoff SS. Petri et Pauli
dicati, ad communem bibliothecam repositus.
ord. S. Benedicti
paderbornæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ REVERENDO IN CHRISTO PATRI AC DOMINO
Ludouico Guilliardo, Epiſcopo Tornacenſi dignissimo, Iudo-
cus Clichtoueus, humilis Theologię ꝓfeſſor, felicitatē exoptat

AD Hebræos ſcribēs diuinus apoſtolus, clariſſime Præſul, ſo
licite eos admonet, ne impijs a via veritatis ſeducātur dog
Hebr. 13 matibus, cū ait. Doctrinis varijs & peregrinis, nolite abdu
ci. Verū hāc ſalutarē admonitionē, nō ipſis tm̄, ſed & cūctis
Chriſtū colētibus (quocūqꝫ ſubſiſtāt tp̄e) factā eſſe, accipere debemus.
quare & nobis q̄qꝫ, a beato Paulo ſalubre id monitū ſuggeri ijſdē vbis
putādū eſt, ne doctrinis varijs ac peregrinis abducamur. Doctrinę q̄dē
variæ, nō ab re dicūtur, quę ab vnitate fidei catholicæ deſciſcētes, ad
multiformitatē errorū dilabūtur. Peregrinę vero, q̄ a ritu eccleſiaſticę
obſeruatōis alienæ, aliūde obrepūt, nō in ipſis eccleſiæ ſeptis & agro
progenitæ, ſed ab exteris ac ignotis inuectæ. A q̄bus cū ſemꝑ, intētiſſi
ma diligētia, tū hac tēpeſtate potiſſimū eſt cauēdū, qua videtur profe
cto ea aduētaſſe tēpora, de q̄bus idē ap̄ls in prima ad Timotheū epiſto
la ita ſcribit. Spiritus q̄dē manifeſte dicit, q̄a in nouiſſimis tp̄ibus diſce
1. Timo. 4. dēt q̄dā a fide, attēdētes ſpiritibus erroris ac doctrinis dæmoniorū, in
hypocriſi loquētiū mēdaciū, & cauteriatā habētiū ſuā cōſciētiā. De q̄bꝰ
itē tp̄ibus in ſecūda ad eūdē ep̄la, dicit idē eccleſiæ magiſter optimus.
Erit tēpus, cū ſanā doctrinā nō ſuſtinebūt, ſed ad ſua deſideria coacer-
uabūt ſibi magiſtros, pruriētes auribus, & a veritate q̄dē auditū auer
tēt, ad fabulas aūt cōuertētur. Quis em̄ inficias ierit, hæc ipſa bti Pau-
li ad Timotheū verba, Lutheranæ impietatis aſſectatoribꝰ, noſtra ęta
te eccleſiā ſanctā grauiter impugnātibus, apte accōmodari poſſe: q̄n
q̄dē ipi ab orthodoxa fide plane diſcedūt, intēdētes animū doctrinis
2. Timo. 4 nō modo varijs & peregrinis, verū etiā erroneis atqꝫ dæmonicis, cū ſep
tenariū ſacramētorū euāgelicæ legis numerū repudiāt, cū gradus eccle
ſiaſticos ordinatiſſima diſtinctos varietate cōfundūt. cum deniqꝫ nihil
ſanctionū ab eccleſia rite cōſtitutarū, in ſua integritate firmitateqꝫ re-
linquūt. Iidē q̄qꝫ ſanā doctrinā nequāq̄ ſuſtinēt, ſed ad ſua deſideria li
beriꝰ explenda, magiſtrū ſibi delegerūt, tātorū errorū delirioꝝqꝫ ducē
Martinū Lutherū, a q̄ infauſti factōis ſuæ nomē deſumūt, atqꝫ ſub lib
tatis chr̄ianę titulo ſpecioſoqꝫ vocablo, effrenē q̄cūqꝫ ſuggerit iꝑroba
cupiditas agēdi licētiā ſibi uēdicāt, alijſqꝫ laxāt, ſacerdotibꝰ cōn[...]
fœdera, religioſis votorū ſolutionē, deniqꝫ oībꝰ cōſtitutionū eccl̄ia[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rũ trãſgreſſionẽ impune permittẽtes. Nõne igitur illi ĩpi, a ꝟitate (ut deiloquus ait Paulus) auditum auertunt, & ad fabulas, immo meras inſanias conuerꝫ tũt? ¶His ãt peſtiferis dogmatibꝰ ĩ catholicę fidei ꝑniciẽ nimiũ ac nimiũ ſerpẽ tibꝰ, ꝓ munere nr̃ę ꝓfeſſiõis acriter occurrere, iã pridẽ ardẽti uoto cõcepamꝰ Verũtñ qm̃ vniuerſis illis oppugnãdis haudquaq̃ pares ſunt igenij nr̃i vires, & ad tm̃ certamis põdꝰ ſubeũdũ, nimis ĩbecilles ac iualide, ĩ vnũ dũtaxat eoꝝ lõꝫ ge deterrimũ, & ex Viclefiſtaꝝ, affiniũcꝫ illꝰ Lutheranoꝝ tetra ꝓdiẽs officia, mu cronẽ literariũ nũc diſtringẽdũ duximꝰ. Qd̃ plane hoc ſcl'o, ex triſti hęreſeon iã oli dãnataꝝ barathro, rurſũ ſupas emerſit ĩ auras, ĩpudẽter aſtruẽs, nõ eẽ hono rãdos a nob̃ ſctõs, regni cœleſtis ciues, necꝫ orõnibꝰ, aliave religioſa veneratõe a mortalibꝰ colẽdos. q̃ qdẽ aſſertio, vſqꝫ adeo ẽ ipia, vt nõ ſolũ ſacroſctẽ virgini Marię (q̃ oĩ laude digniſſima, ꝟe p̃dicaẽ) ſit iiuria, verũetiã cuicꝫ ſctõꝝ ordini ac gradui cõtumelioſa, vt ĩ ipm̃ q̃cꝫ deũ hæc redũdet & retorq̃aẽ cõtumelia. Obꝫ ſeruatõi p̃terea eccl'iaſticę, tot iã ſecula ĩcõtaminato ritu celebratę, eadẽ ẽ penitꝰ aduerſa, ſcripturę itidẽ ſacrę cõtraria, & demũ religiõi chr̃ianę ꝓrſus ĩimica. Qd̃ plane me ꝑpulit ad elaborãdã tã execrãdi dogmatis cõuulſionẽ, cõmõſtrãdãcꝫ, ex oppoſito repugnãtẽ illi ꝟitatẽ, pñte opuſcl'o, q̃d in duos libros digeſſi. Eorũ prior, ex ſacris l'ris & aliũde petitis teſtimonijs atcꝫ rõnibꝰ, cõprobat honorãꝫ dos eẽ, & orãdos a nob̃ ſctõs. Poſterior ꝟo, rõnes coꝝ q aduerſas tutaẽ ꝑtes, ab negãtcꝫ ſctis deferẽdos eẽ honoses, orõeſcꝫ fundẽdas, diluit ac diſſoluit. ¶Hũc ãt nr̃m q̃tulũcũcꝫ loborẽ, tuo ãpliſſimo noĩ excellẽtiſſime antiſtes nũcupatũ voꝫ luimꝰ, vt aliq̃d ſaltẽ gratitudis aĩ nr̃i argumẽtũ p̃ſtaremꝰ eximię tuę paternitaꝫ ti, ꝓ tuoꝝ ĩ nos bñficiorũ magnitudie, aliq̃tũcꝫ illi offerremꝰ obſequiũ, cui ꝗc ꝗd poſſumus, iure debemus. Huic accedit, ꝙ a ꝑegrinis iſtis doctrinis nr̃o ſeꝫ culo (vt res ipa ꝓdit) affati pullulãtibꝰ, q̃ maxie abhorret reuerẽda tua dignitas Lutheranas veſanias vt peſtilẽs virꝰ exitialecꝫ toxicũ penitꝰ execrãs, atcꝫ ĩ ſaꝫ crę fidei ſyncęritate, eccl'iaſticaꝝ traditionũ ĩtegra obſeruatiõe, cuicꝫ ꝑſiſtẽdũ eẽ rectiſſime ſentiẽs, ſcd̃m hãc Sapientis ſniam. Ne trãſgrediaris termios ãtiq̃s, q̃s poſuerũt p̃res tui. Habet em̃ ipa id oino ꝑſuaſũ, nouitates (potiſſimũ ĩ ijs, q̃ fiꝫ dei ſũt, & moꝝ) parere diſcordias, cõtẽtiões, & cõtrouerſias, veꝝcꝫ eẽ, vulgaꝫ tũ illd̃ adagiũ, Sępe viatorẽ, noua, nõ vetꝰ orbita fallit. Iure igiẽ hęc nr̃a, ĩſigni tuę reuerẽtię dicaẽ opa, q̃ ꝑticulã vnã nouaꝝ, imo potiꝰ ex ãtiq̃ ſed noxia radiꝫ ce de ſuo ſuccreſcẽtiũ impietatũ, elidit, cõfutat & cõuellit. Itacꝫ eãdẽ, venerãdę [illegible] dignitati gratã fore, legẽtibus ãt vtilẽ ac fructuoſam, ſummopere exopto. [illegible]le, p̃ſidiũ decuſcꝫ meũ, Pariſius, Anno. M. D. XXV.

¶Index eorum, q̄ in præſenti opuſculo de ueneratione ſanctorum, cōtinent, p capitū ordinē digeſtus.

¶In primo libro, hæc pertractantur.

SAcrarum literarū exemplis id inſinuari, ꝙ deus ſanctos a ſe in gloriam cœleſtem aſſumptos, uelit ab hominibus honorari Cap. I.

¶Ex mltis etiā ſcripturæ ꝟbis dilucide colligi, ꝙ deus uelit ſctōs, ab hoibus debita ueneratōe honorari. II.

¶Eccleſiæ catholicæ authoritate, comprobari debitam ſanctorum ab hominibus uenerationem III

¶Non parui habendam eſſe conſuetudinem, ſummorumqꝫ pontificū conſtitutionē multiplicē, quæ ſanctorum uenerationem diutino obſernatam uſu, approbat IIII.

¶Grauiū ſcriptorum teſtimonio cōprobari ſanctorum uenerationē, a Chrīanis in ecclīa catholica obſeruandam V

¶Ob excellentiā uirtutis ſanctorum, imitationis exēplū, & patrocinij ſubſidiū, honorādos eſſe a nobis ſanctos VI.

¶Duos errores adinuicem oppoſitos quondā pullulaſſe, circa ſanctorum pro hominibus orationem VII.

¶Eccleſiā catholicā, inter duos prædictos errores mediā ueritatis uiā tenere, & ab utroqꝫ caute declinare. VIII.

¶Animas humanas, quæ nihil habent purgādum, cū primū corporibus ſolutæ ſunt, cœleſti gloria perfrui. IX

¶Qꝫ ſancti in cœlo glorioſi, pro nobis hic agētibus orēt deū multis rōnibus ex ſcriptura depromptis oſtendi. X.

¶Authoritate ueteris ac noui teſtamēti, ſimul & ſanctorum patrū monſtrari, ꝙ ſancti in cœlis orent pro nobis. XI.

¶Qꝫ ſancti ſint a nobis orandi, multiplici ratione, & ſcripturæ etiam ſanctæ, teſtimonio oſtendi XII.

¶Alijs adhuc rationibus ex ſcriptura deſumptis monſtrari, ꝙ a nobis orandi ſunt ſancti. XIII.

¶Ob mlta bñficia ſpūalia, q̄ a ſacroſctā uirgine Maria et btīs angelis accepim⁹, nos illis honorē īpendere debere. XIIII

¶Reliquis itidem ſanctorum ordinibus, nos etiam ob ſuſcepta ab eis beneficia, honorem debere XV

¶Sanctos a nobis, cū oēs, tū eos quos delegimus peculiariter patronos, laudibus ac orationibus honorandos eſſe. XVI

¶Sanctos etiã, cæreorum accenſoꝝ obſequio, & donatiorũ præcioſoꝝ ornatu, eſſe uenerandos XVII
¶Sacras etiã ſanctoꝝ reliqas, pia deuotione honorãdas eẽ, & imagines eoꝝ, in templis itidẽ rite uenerandas XVIII.
¶In ſecundo libro, hæc determinantur.
ECcleſiã, ſctõs nõ eodẽ q̃ deũ, honore colere, ſed inferiore, & ordini eoꝝ congruo Cap. I.
¶Nõ ſoli deo honorẽ exhiberi debere, ex diuino inſtituto, ſed & alijs, etiam in terra adhuc degentibus. II
¶Angelos ſctõs, itidẽ & hoies, uetuiſſe ſibi exhiberi honorẽ deo debitũ, ſuo tñ ordini cõgruentẽ, nõ recuſaſſe III
¶Alterius generis eſſe adorationẽ quæ ſoli deo debetur, & eam quæ creaturis legitur in ſcripturis eſſe exhibita, quæq; ſanctis impenditur IIII
¶Sanctos nobis honorãdos eſſe, non ut gratiã & gloriã ſuis dent cultoribus, ſed ut ipſis illa a deo impetrent. V
¶Scdm ordinatiſſimas ſapiẽtię ſuæ leges atq; rectiſſimas, deũ nobis ſpũalia dona p ſctõꝝ preces conferre. VI
¶Sanctoꝝ inuocationẽ, non eſſe diffidentiæ de deo, & maioris in ſanctis q̃ in eo cõfidentiæ argumentum VII.
¶Q, ſancti, bonis ante actæ uitæ operibus id aſſecuti ſunt, ut nobis oratione ſua ſuffragari poſſint VIII
¶Per ſanctoꝝ orões, tanq̃ mediũ a deo præordinatũ, nos ab eo impetrare poſtulata gratiaꝝ munera IX
¶Sanctos (etſi abſentes nobis ſint) noſtras ad ſe fuſas orationes, ex diuino beneplacito audire, & cognoſcere. X
¶Præter Chriſtum, & poſt eum, ſacrã eius matrem & ſanctos, eſſe & recte dici noſtros mediatores. XI
¶Locos ſanctæ ſcripturę, nõ incõcinne plerũq; applicari laudibus ſctõꝝ in alio ſenſu, q̃ in q̃ primũ ſunt cõſcripti. XII
¶Id præconij, digne & uere, Chriſtiferæ uirgini in laude paſchali attribui, ꝙ Chriſtũ meruerit portare. XIII.
¶Eãdem ſacrã uirginẽ, uera itidẽ laude prædicari ab eccleſia in ſalutatione ſupplicaroria, ꝙ ſit uita & ſpes nr̃a XIIII.
¶[illegible] ſanctoꝝ inuocationẽ rite factã, non diminui hominũ

in deum deuotionem, ſed potius augeri. XV
¶Sacroſanctã euchariſtiã, maiore ueneratione q̃ ſanctos, ho
norandam eſſe, & cuiq; ſanctorum, pro ſuo gradu deferen
dum honorem XVI
¶Nõ leuiter, ad nouorꝝ ſctõrꝝ cultũ eẽ ꝓſiliẽdũ, neq; imagi-
nes ſctõrꝝ ſub alia, q̃ ſignorꝝ rõne, uenerãdas XVII
¶Deniq; ſctõs, nõ ultra ſui ordinis gradũ eẽ extollẽdos, nec
cõmẽtitia de illis apud ppl'm narrãda miracula XVIII.

¶Indicis, præſentis opuſculi, finis.

# ¶DE VENERATIONE SANCTORVM

opuſculũ, in duos diductũ libros, per Iudocũ Clichtoueũ
Neoportuenſem, doctorẽ theologũ, elaboratũ. ad reuerẽ-
dũ in Chr̃o patrẽ & dñm Ludouicũ Guilliardũ, Epiſcopũ
Tornacẽſem, uirtute & literis ornatiſſimum.

## ¶Primi libri, caput primũ, oſtendens, ſacrarꝝ literarꝝ exẽplis id inſinuari, ꝙ deus ſanctos a ſe in gloriã cæleſtem aſſum- tos, uelit ab hominibus honorari.

Mirabilẽ in ſctis ſuis deũ, diuinus pſaltes prædicat
Pſal. 67 glorioſum itidẽ in ſanctis eũdẽ, catholica cõci-
nit eccl'ia. Et uere mirabilis eſt in eis, tũ ob mul-
tiformia grãrꝝ dona, qbus hac in uita ipſos cu-
mulauit, tũ ob admirãda ſigna, q̃ ꝑ illos opatus
eſt, tũ deniq; ob exuberãtiſſimã cœleſtis gloriæ fœlicitatẽ, ad
quã eoſdẽ ſublimiter euexit. Glorioſus identidẽ eſt in ſanctis
deus, qm̃ ſuæ diuinæ ꝑtãtis, in miraculorꝝ ꝑ eos opatione, ſuę
ſapiẽtiæ, in doctrinæ ipſorꝝ claritudine, & demũ ſuæ bonita-
tis, in uite illorꝝ ſanctitate, gloriã, in ipſis liqdo prodit ac de-
clarat. Proinde ad ſui nominis laudẽ & gloriã amplificãdam,
ſanctos ipſos (in quibus mirabilis & glorioſus elucet) a nobis
honorari debere, deus ipſe depoſcit in primis ac inſtituit, qd'
nonnullis ſcripturæ exemplis, per ſimilitudinem quandam,
haud difficile fuerit oſtendere. ¶Et primũ eo, quod in Gene
ſi memorat de ſancto patriarcha Ioſeph, qui poſtq̃ I hæ...

nis r...

nis regis Aegypti ſomniũ præſignãs futuros ſeptẽ annos fer- Gene. 4.
tilitatis & ſubinde ſeptẽ ſterilitatis annos, ſapienter fuiſſet in-
terpretatus, ſuggeſſiſſetq; ſalutare conſiliũ, q̃ futuræ fami ſe-
ptenni occurreret, dixit ei Pharao. Tu eris ſuper domũ meã,
& ad tui oris imperiũ, cunctus populus obediet, uno tantum
regni ſolio te præcedã. Ecce cõſtitui te ſuper uniuerſam terrã
Aegypti. Tulitq; annulũ Pharao de manu ſua, & dedit i ma
nu ei⁹, ueſtiuitq; eũ ſtola byſſina, & collo torquẽ aureã circũ
poſuit. Fecitq; eũ aſcendere ſup currũ ſuũ ſecundũ, clamãte
præcone, ut omnes corã eo genu flecterent, & præpoſitũ eſ-
ſe ſcirent uniuerſæ terræ Aegypti. Certe Ioſeph, ob eximiã
animi ſagacitatẽ & prudẽtiã & Pharaone in excelſum digni
tatis culmen a carcere ſublatus, nõ abſurde ſanctoꝝ quemli-
bet nobis ſignificat, ob uitæ ſanctimoniã pclaraq; opera, ex
huius mundi ergaſtulo in ſublimẽ thronũ regni cœleſtis eue- Lucæ. 19.
ctum a deo, & ſup oĩa bona domini ſui conſtitutũ, ꝙ ſeruus fi
delis & prudens in uita ſua fuerit. Hunc deus ſplendida im-
mortalitatis adornatũ ſtola, coronaq; rutila decoratũ, publi-
co eccl̃iæ præconio uult a cunctis etiã pia ueneratione coli, ut
celſitudo gloriæ eius ac ſublimitas, omnibus innoteſcat, quẽ-
admodũ Pharao, ipſum Ioſeph a cũctis regni ſui incolis uo-
luit ſublimẽ regio curru honorari. ¶ Mardocheus itẽ ob de- 11.
tectas inſidias duoꝝ eunuchoꝝ regis Perſaꝝ, qui conſpiraue
rant in necẽ Aſſueri, indutus ſtola purpurea, & impoſitus eq̃
regio, circunductus eſt iubente rege per plateas ciuitatis, ab
Aman uno ex primoribus eius, clamãte in propatulo. Sic ho
norabitur, quemcunq; rex uoluerit honorare. Ecce Mardo- Heſter. 6.
cheus uir ſpectabilis probitatis ac fidei, non ſolum ſtolam ac-
cepit regiam & ſplendidis ueſtibus magnifice eſt amictus, ſed
& equo regio inuectus, ſui honoris publicum habuit præco-
nem, propalã buccinantem, hoc honore condignus eſt, quẽ-
cunque rex uoluerit honorare. Quod plane nobis inſinuat,
ſanctos ipſos, præter ineloquibilem illam gloriam qua exaltã
tur in cœlis, etiam diuino beneplacito & ordinatione, in ter-
ris honorandos eſſe, quo alijs pateſcat magnitudo honorificẽ
tiæ, quam obtinent in cœlis.

¶ Quid

III. ¶ Quid Danielē, ſctm̄ dn̄i prophetā cōmemorē? Nōne poſt
Danielis. 2. q̄ Babylonici regis ſomniū (q̄d eius aīo exciderat) enarrauit, et
ſapiēter (ut cœlitus ſibi fuerat inſpiratū) interp̄tatus eſt, rex ip
ſe nouitate reſeratōis tātoꝝ myſterioꝝ attonitus pariter & p-
motus, illū in ſublime (ut inq̄t ſcriptura) extulit, & munera mľ
ta & magna dedit ei? Et cōſtituit eū principē ſup oēs prouin
cias Babylonis, & p̄fectū & magiſtrū ſup cūctos ſapiētes Ba-
bylonis. Nimiꝝ haec Danielis a rege ſublimatio, apte nob̄ ſi-
gnificat exaltationē illā ſctōꝝ in regno cœleſti, qua ob an̄ ac-
tæ uitæ ſanctitatē ſubuehunt ad ſedes æthereas, ac glorificāt.
Honorificētia uero illa Danieli exhibita, cū cōſtitutus ē prin
ceps ſup oēs prouincias Babylonis, p̄fectuſq; & mgr̄ ſup cun
ctos eius ſapiētes, & idcirco ab ijs q̄bus p̄fuit pplis & ſapiēti-
bus (id rege decernēte) palā honoratus, haud obſcure nob̄ in-
nuit p̄claꝝ honorē ex dei decreto & ſanctione a mortalibus
IIII exhibēdū ſctis, q ita a deo honorātur in cœlis. ¶ Rurſum, idē
Danielis. 5. propheta cū ſcripturā manus, apparētis regi Balthaſar in cōui
uio, diuinituſq; exarātis, q̄ uentura erāt, legiſſet ac interp̄tat⁹
fuiſſet, iubēte rege indutus eſt purpura, & circūdata eſt tor-
ques aurea collo eius, ut ſacra refert hiſtoria, p̄dicatūq; eſt de
eo, ꝙ haberet poteſtatē tertius in regno. Porro hæc etiā Da-
nielis honoratio, ſcđm regis pollicitationē facta, cuiuſuis ſan
cti in cœleſtē trāſlati curiā deſignat glorificationē. Prædica-
tio uero illa de principatu eiuſdē prophetæ, tertio poſt regē
loco, obtinēdo in regno, nobis haud inepte publicā inſinuat
uenerationē, q̄ ſctm̄ quēlibet iā in cœlo glorificatū, uult deus
etiam in terris pie honorificari.

¶ Ex multis etiā ſcripturæ uerbis dilucide colligi, ꝙ deus ue
lit ſctōs ab hoībus debita uenerātōe honorari. Cap. II

.I. HAnc aūt ſup bonā dei uolūtatē mō dictā, qua uult
ſctōs in cœlis glorioſos, in terris cōgruo q̄q; hono
re celebrari, intelligere haud diſſimulāter etiā poſ-
ſumus ex illo Chr̄i uerbo apud Iohānē. Si q̄s mihi
miniſtrauerit, honorificabit eū pr̄ meus q eſt in cœlis. Quo
Iohannis. 12. cognoſcimus, filij dei miniſtros fideles & ſedulos (q̄les fue-
runt hauddubie oēs ſancti) poſt expletū huius uitæ curriculū

honore affici a deo patre, in pceptione cœleſtis præmiȷ̃ & im
marceſſibilis gl'ię. Sed quē dn̄s honorificat, ęquū eſt & ſeruos
eius eundē honorificare, ut eo ipſo cōformes ſint dn̄o ſuo, bo
nitatiq; eius reſpondeāt. Improbus ſiquidē & maleuolus eſt
ſeruus, q dedignat' honore eū proſequi, quē dn̄s ſuus ſingula-
ri bn̄uolētia cōplectit', & inſigniter honorat, pinde atq; rebel-
lis cēſet' regi, necnō iniurius, q amicū eius ſummo affectū, ho
nore a regia maieſtate, recuſat honorare. Cū igit' nō dubite-
mus, ſc̄tōs oēs a patre cœleſti eē mirifice honorificatos, qm̄ fi
deliter Chr̄o miniſtrarūt, qd moramur, qd differimus, etiā ip-
ſis dignū honorē impēdere: ut eo ſtudio cōformemur ſupre-
mo regi nr̄o, ſanctoꝶ oim glorificatori, qn̄quidē ut author eſt
Damaſcenus in lib. 4. de fide orthodoxa, honor erga gratos Damaſcenus
& benignos cōſeruos, bn̄uolentiæ erga cōmunē dn̄m, indici-
um eſt. ¶ Inſup propheta in ſpū loquēs de apl'is dn̄i & uiris a-
poſtolicis, ait. Mihi āt nimis honorificati ſunt amici tui deus, II
nimis cōfortatus eſt principatus eoꝶ. Vbi eos, uocat amicos Pſal. 138
dei, q̄s dn̄s in euāgelio, eadē dignatus eſt appellatione, cū inqt
Vos amici mei eſtis, ſi feceritis q̄ ego p̄cipio uobis. Iā nō dicā
uos ſeruos, qa ſeruus neſcit qd faciat dn̄s eius. Vos aūt dixi a-
micos, qa oia q̄ audiui a patre meo, nota feci uobis. Itaq; ſc̄tūs Iohan. 15
propheta, amicos dei (q ȷ̃dē, & ſancti ſunt) a ſe dicit admodū
honorificatos. Nos aūt, adeo obdurata erim' frōte, ut dignos
honore habitos a diuino, ppheta, nō honorem': ut amicos dei
regis ęterni, nullo dignemur honore: Nōne graue crimē læſę
maieſtatis incurrūt, q ſummi regis amicos, p̄cipuos & ſingula
res, honorare cōtemnūt: cū hm̄oi inhonoratio, in ipm̄ q̊q; de
um, cuius negligunt' amici, demū retorqueat'. ¶ Enimuero quic III
qd honoris impēdit' ſc̄tis, pia ac religioſa ueneratione, ipſi q̊q;
deo impēdi credēdū eſt, cū dixerit ipſe in euāgelio. Amen di- Mat. 25.
co uobis, q̄ diu feciſtis uni de his fratribus meis minimis, mihi
feciſtis. Neq; illud honoris q̄tulūcūq; obſequiū, ſua apud deū
fraudabit' mercede, quēadmodū alio in loco, ſumma nobis ue Mat. 10.
ritas pollicet'. Quicūq; potū dederit uni ex minimis iſtis, cali
cē aquæ frigidæ, tm̄ in noīe diſcipuli, amen dico uobis, nō p-
det mercedē ſuā. E diuerſo ſi qd debiti honoris, ſanctis ſubtra

 hitur,

hit, & ipſi itidē deo, idipm ſubducit, q̄dq; negat ſanctis hono
ris obſequiū, & deus ſibi idē negatū cēſet, ſecūdū illud ei⁹ uer
bū euāgelicū. Amen dico uobis, q̄diu nō feciſtis uni de mino
Mat. 25 ribus his, nec mihi feciſtis. Queadmodū etiā ꝑſecutionē ſuis
mēbris illatā, & ſibi ipſi irrogari cōteſtat Chr̄s, ad Saulū de cœ
Act. 9. lo proclamās. Saule, Saule, qd me ꝑſeq̄ris? Et iterū. Ego ſum
Ieſus Nazarenꝰ, quē tu ꝑſequeris. Si em̄ i corpalibꝰ obſequi-
is, & ijs q mortali adhuc circūdant corpe, exhibitis, hæc uer-
ba euāgelica locū hn̄t, q̄to magis in ſpiritualibus, q̄ impēdun
tur exutis quidē mole corpis, ſed indutis ſtola gloriæ, & imor
talitatis fœlici ſorte potitis? qbus eo propēſius deferri debent
honoris officia, piaq; obſequia, q̄ cōiunctiores deo ſunt, meli-
oreq; ſtatus cōditione, q̄ ij q adhuc fragili uerſant in carne, &
IIII peregrinant a dn̄o. ¶ Audiāt igit pij ſanctorū cultores, pari-
ter & cōtēptores eorū, qd eos p̄mij maneat aut ſupplicij, atq;
1. Reg. 2 ex hac diuina ſn̄ia, utrūq; colligāt. Quicunq; honorificauerit
me, glorificabo eū, q aūt cōtemnūt me, erūt ignobiles. In cu-
ius quidē ſn̄iæ priore parte, pollicetur dn̄s, ꝙ eū glorificabit,
qui honorē ſibi exhibuerit. At uero qui ſanctos honorat, &
deū honorificat, quandoquidē honor ille, in ipſorū nō ſubſi-
ſtit neq; terminat ueneratione, ſine ulteriori ad aliud progreſ-
ſione, ſed cōſequenter in deū refert, tendit, & proficiſcit, tanq̄
ultimū ſcopū & finē, ut eo honore nō tm̄ ſancti, ſed & deus
in ſanctis honoret, & præclara qua ſancti extollunt laude, nō
Pſal. 150. ipſi ſolū, ſed etiā deus in ipſis laudet, ſecundū illud uerbū pro-
pheticū, Laudate dn̄m in ſanctis eius. Sicut & beatus Paulus
Gala. 1. ad Galatas ſcribēs, de credentibus in Chriſtū eccleſiis Iudææ
dicit, ꝙ audiētes famā ꝑdicationis eius, in ipſo glorificabāt de-
um. Et in me (inquit) clarificabāt deū, qm̄ eū laudabāt, ob gra-
tiā Paulo datā. Qui igit ſctōs digne honorat, a deo glorifica-
bit, eāq; mercedē (ut recto cōſequio eſt collectū) pro ſua i ſan-
ctos pietate ac deuotione cōſequet. In poſteriore uero ꝑdictę
ſn̄iæ particula, grauiter, cōminat dn̄s, cōtēptores ſuæ maieſta
tis fore ignobiles. At q ſctōs cōtēnunt, nec ullo dignat hono
re, deū etiā cōtēnūt ſctitatis ipſorū & glorificatiōis authorem,
neq; hmōi cōtēptio, in ſctōs dūtaxat fert, ſed ulterius in deum

redūdat

redũdat ac deriuat. Quocirca q ſctõs cõtẽnunt, ac honorare V
recuſant, ignobiles erũt apud deũ, & inglorii. ¶ Præterea de-
us in ſacris literis parẽtes iuſſit honorari a filĳs, ob originis ac Exodi, 20.
principĳ ratione. Honora (inqt) patrẽ tuũ & matrẽ tuã, ut ſis
lõgæuus ſup terrã. Grãdæuos itidẽ & prouecta ætate, p̄cipit
ab adoleſcẽtibus honore affici, ob uirtutis & prudẽtiæ in ipſis Leuit. 19
dignitatẽ, morũq; maturitatẽ, cũ dicit in Leuitico. Corã cano
capite reſurge, & honora pſonam ſenis. Reges etiam & prin-
cipes, honorãdos a ſubditis cõſtituit, ob moderationis quã ge
runt prouinciã, iuſtitiæq; adminiſtrationẽ. Vñ B. Petrus, ita 1. Petri. 2
ad credẽtes in Chr̄m ſcribit. Oẽs honorate, fraternitatẽ dili-
gite, deũ timete, regẽ honorificate. Demũ & ſacerdotes, ho-
nore proſequẽdos ſanxit, ob diuini cultus miniſteriũ, q̊ fungũ
tur, q̊d qdẽ inſtitutũ, Eccl'iaſticus ita depromit. Honora deũ Eccleſ. 7
ex tota aĩa tua, & honorifica ſacerdotes. Q; ſi hoĩes his & cõ
ſimilibus titulis inſignitos, honorare iubemur a dño, q tñ in-
terdũ improbã agunt uitã, uitĳſq; corruptã, & ubi nũc probi
ſunt, uirtute tñ excidere pñt, & prolabi ad iniqtatẽ, nõne po-
tiore iure, eiuſdẽ diuini p̄cepti authoritate aſtringimur ad ho
norãdos ſctõs, iã cœleſtis gloriæ participes, q uitã ſuã in uirtu
te fœliciter cõſummarũt, & ab ea nunq̃ decidere pñt? Siqui- Eſaiæ. 3
dẽ ipſi ſunt patres nr̃i, nõ ſcd̃m carnẽ ſed ſpm̃, q nos Chr̃o ge
nuerũt, & ſuaui doctrinæ ſuę lacte educarũt. Iidẽ q̊q; ſeniores
ſunt populi, cũ qb⁹ ad iudicãdũ ueniet dñs, qnimo & cõſtituti
iudices nr̃i, futuriq;, iudicis ſup̄mi coaſſeſſores. Iudicabũt (in-  Sapient. 3
quit Sapiẽs) ſancti nationes, & dominabũt ppl'is. Rurſum ſan
cti ipſi, reges ſunt terræ & principes, q ſanctã eccl'iã rectis fi-
dei & morũ inſtitutis optime gubnarũt. Dicit em̃ de ip̄is dei- Pſal. 44.
loquus pſaltes. Cõſtitues eos principes ſup oẽm terrã. Et iterũ Pſal. 46.
Principes ppl'oꝝ cõgregati ſunt cũ deo Abraã, qm̃ dĳ fortes
terrę, uehemẽter eleuati ſunt. Demũ ĳdẽ, ſacerdotes ſunt my
ſtici, qm̃ ſeipſos hoſtiã ſanctã, uiuã, & bñ placẽtẽ deo obtule-
rũt, aſſidueq; ei cõcinũt, ĩ domo illa dñi ſupna. Feciſti nos deo
nr̃o, regnũ & ſacerdotes. Itaq; cõſtat q̊druplici illo dei p̄cepto Apoca. 5
nos cõlego q̊dã obſtringi, & ſacraꝝ l'raꝝ teſtimonio, ad ſctõs
honorãdos. Sed & de hoc, ĩ ſequẽtis libri. ĳ. ca, amplior futu-
rus eſt ſermo.

 ¶ Eccl'iæ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Ecclíæ catholicæ authoritate, cõprobari debitã ſanctorꝶ ab hominibus uenerationẽ. Cap. IIII.

REligioſam pterea ſanctorꝶ uenerationẽ approbat
ſanctiõe publica, ecclía ſancta catholica paulo poſt
ſuæ a Chro cõſtitutionis exordiũ, dies feſtos illorꝶ
uenerationi indicẽs, ac p diuerſa tpm curricula (ut
efflagitabat oblata occaſio) ipſis celebrationẽ ſolẽnẽ deſignãs
.I. ¶ Siquidẽ primo (ut credere dignũ eſt) deiparæ uirginis Ma
riæ nõnullas ſolẽnitates celebrãdas, ipſa inſtituit, qbus & pau
lo añ nra tpa, rõnabili ex cã, aliquas ſupaddidit, utpote cõcep-
tionis eiuſdẽ, ut uiſitationis. Deinde beatorꝶ aplorꝶ dies ſolen-
nes, a pplo chriano agẽdos ordinauit, p qs, illuminationis &
ſacræ fidei munus accepit. Dehinc & ſanctorꝶ martyrꝶ, in u-
trolibet ſexu, q ſanctã Chri fidẽ ſuo ſanguine fuſo teſtificati
ſunt. Demũ & cõfeſſorꝶ illuſtriũ, mũdi cõtemptu uitæq; ſan-
ctimonia pter cæteros inſigniũ. Deniq; candidarũ uirginũ ac
cõtinentiũ, q regni cœleſtis amore, blãdas mũdi cõculcarunt
illecebras, ſolẽnitates cõſtituit celebrãdas. Has quidẽ prius, il
las uero poſterius, prout diuerſa tpm ſucceſſione, coruſco uir-
II tutũ ſplendore in huius uitæ decurſu claruerũt. ¶ Et qm non
ignorauit ipſa pientiſſima mr nra, multos eẽ ſanctos, apud de-
um eminẽti throno in cœlis exaltatos, qbus nullus dies ſolen
nis eſt peculiariter inſtitutus, unũ quotãnis deſignauit diẽ fe-
ſtũ, utputa primũ mẽſis Nouẽbris diẽ, q oim ſanctorꝶ cũ ingẽ
ti ueneratione ageret celebritas. Neq; his cõtenta, in qtidiano
ſancti altaris ſacrificio, cõmemorationẽ ſanctorꝶ ter repetẽdã
ſanxit, ut eorꝶ apud deũ patrocinijs, nræ preces fiant acceptio
III res deo, habeantq; diuinæ maieſtati gratiores. ¶ Omitto ho-
rarꝶ canonicarꝶ officiũ, qtidie ab ijs, q ordinibus ſacris initiati
ſunt exoluẽdũ, ex ordinatione eccliaſtica cuiq; ſanctorꝶ gra-
dui determinatas hre lectões, orones & cetera peculiaria, quẽ
admodũ dies ipſe feſtus expoſcit. Et hæc quidẽ oia, p diutur-
nã cõſuetudinẽ ita obſeruata ſunt atq; corroborata, ut iã olim
tranſierint in legẽ, & ab ipſa antiqtate uetuſtateq; tpis, cũ pu-
IIII blico oim cõſenſu, nõ inualidũ etiã ius acceperint. ¶ Atqui ne
mo eſt q nõ nouerit, totius ecclíæ ſtandũ eſſe determinationi

ac uſui,

ac uſui tā longi tpis, q̄tum ab ipſius eccl'iæ tenera infantia ſub
apl'is; ad hoc noſtrū uſq; ſeculū defluxit. Ipſa nāq; eſt ſctā mr̄
nr̄a, q̄ ex aqua & ſpū ſctō nos Chr̄o regenerauit, & q̄tidie ſalu
taribus ſacramētorꝝ antidotis, nr̄os nō deſiſtit lethiferos cura-
re morbos. Cui nimirꝝ ut dulciſſimæ matri, debemus ex dn̄i p̄
cepto obediētiā, inclamātis id uerbū cōminatoriū, in quēuis
eccl'iæ cōtemptorē. Si eccl'iā nō audierit, ſit tibi ſicut ethnicus Mat.18
& publicanus. Quod nō mō in correptiōis fraternæ negocio
(de q̄ illic agit̄ ſermo) ſed & de omni alio eccl'iæ publico inſti-
tuto, locū habet & ueritatē. Eniuero ſi matrē ſecundū carnis Exodi.20
propaginē, honorari debere p̄cepit deus, illiq; obtēperādum
eſſe, rebellē aūt parētibus filiū, & cōtumacē in matrē, apd̄ ma Deute.21
giſtratus urbis reū agi, lapidibuſq; obrui iuſſit, nōne mlto po-
tius matrē ſpiritualē, honore proſequēdā uoluit, eiuſq; cōſti-
titutionibus morē eſſe gerēdū? Quas ſi qs ſceleratis cōculcat
pedibus & cōtemnit, eo ipſo Chr̄m aſpnari, cōtēptuiq; habe-
re cōuincit̄, cuius ipſa eccl'a, dilecta eſt ſponſa. Nēpe ſi apl'is,
& p eos, qbuſq; eccl'iæ p̄fectis, dictū eſt a dn̄o Qui uos audit, Lucæ.10
me audit, & q uos ſpernit, me ſpernit, æquiore ne rōne dictū
intelligere debemus? Qui eccl'iā audit, Chr̄m audit, eius ſpon
ſum & directorē, cuius filijs ipſe cōteſtatus eſt. Ecce ego uo- Mat.28.
biſcū ſum oībus diebus uſq; ad cōſummationē ſeculi. Et iterꝝ
Vbi ſunt duo uel tres cōgregati in noie meo, ibi ſum in me- Mat.18
dio eorꝝ. Cuius itē ſpūs (q ſpūs eſt ueritatis) totā eccl'iā uege-
tat, uiuificat, & regit, atq; ab omni errore noxio defendit im-
munē. E diuerſo q eccl'iā cōtemnit, Chr̄m itidē, unicū ei' ſpō
ſum cōtēnit, ut & in deū ipm intentet̄ ac intorqueat̄ hmōi cō
tēptio. ¶ Quā ueſanus eſt igit̄, & mētis inops, q ſuæ innitens V
prudētiæ (ne dicā inſaniæ) & apud ſemetipſum ſapiens, q̄d tn̄
Eſaias, Sapiēs in prouerbijs, & btūs Paulus ad Rom̄. ſcribēs Eſaiæ.5 Prouerb.3 Roma.12
ſummopere dānant, audet in hāc execrādā impietatē prorū-
pere, nō eſſe honorādos ſctōs, nec a nobis, ſupplicibus inuocā
dos p̄cibus. Is reuera os ſuū ponit in cœlū, & linguā exacuit
uirulētā, qua nō mō in unū aut duos, ſed & in oēm ſanctoruꝫ
chorū euomit blaſphemiā, & p̄ſertim in illā ſupbenedictam
ſancti ſanctorꝝ matrē, q̄ ſalutiferā toti mundo ſanctificationē

 protulit,

protulit. Q̄n quidē ſi uera eſſet ea aſſertio atq; amplectēda, nō eſſet amplius a q̄piā proferēda ſacratiſſimæ uirgini & mr̄i dei angelica ſalutatio, cœlit⁹ delata. nō em̄ a q̄piā legi poſſet, qn ipſam is digne honoraret, & p̄claris efferret laudib⁹. Nō eēnt p̄terea legēdę in eiuſdē ſacrę uirginis honorē, horę canonicæ ſeptēplices breuiuſculæ, neq; maiores, q̄ eaꝝ lectio, ſine ipſius uirginis honoratione fieri haudq̄q̄ poſſet. Quinimo neq; aliq̄d de ſctis dei officiū eccl̄iaſticū, aut in horis canonicis lectitādis, decātādisve, aut ī auguſtiſſimo ſcti altaris offerēdo ſacrificio, agi ualeret unq̄. Reſcindēdaq; foret et demēda ab ipō miſſæ canone (ut uocāt) ſctōꝝ ſępi⁹ iterata cōmemoratio, noīaq; eoꝝ, in libro uitę cōſcripta, ex oī libro eccl̄iaſtico eēnt abradēda. Eorūdē q̄q; dies feſti, e faſtis & nr̄is calēdarijs obliterandi forēt & delēdi, ut ne ullus qdē dies, toto anni interuallo cuiq̄ ſctōꝝ aut parit̄ oīb⁹ haberet̄ ſolēnis. Et ut paucis agā, abrogāda tādē eēnt oīa & abijciēda, q̄ a principio naſcentis eccl̄æ in hæc uſq; tpa circa uenerationē ſctōꝝ ſunt religioſe inſtituta, & hactenus ſtudioſe obſeruata. Sed quis hanc extremā feret dementiā, & tantā nō execrabitur inſaniam?

¶ Nō parui hn̄dā eē conſuetudinē ſummoꝝq; pōtificū cōſtitutionē multiplicē, quæ ſanctoꝝ uenerationē diutino obſeruatam uſu, approbat. Cap. IIII.

HVic eccl̄iaſticę cōſtitutōi mō dictę, accedit etiā diuturna cōſuetudo chr̄iani ppl̄i, ab initio p̄dicatōis euāgelicę, rit⁹ hui⁹ obſeruātiſſimi, ſctōꝝq; uenerationi ꝓpēſius adddicti. Quę qdē cōſuetudo, magnū pōdus, ac momētum hr̄e putāda ē, potiſſimū i re tā pia ac ſctā neq; ꝑuipēdi aut repudiari debet. ¶ Nēpe ut refert canonicaꝝ
.I. ſanctionū uolumē (q̄d uulgo decretū dicūt) diſt. 11. ca. eccl̄ia
Auguſtinus ſticaꝝ, B. Auguſtin⁹, q̄tū cōſuetudini tribuēdū ſit, his apit ūbis. Eccl̄iaſticaꝝ cōſtitutionū q̄ſdam in ſcriptis, q̄ſdā ūo apl̄ica traditiōe ꝑ ſucceſſores ī miniſterio, cōfirmatas, q̄ſdā ūo cōſuetudie roboratas, approbauit uſus, qb⁹ par ritus et idē utriſq; pietatis debet̄ affect⁹, vn̄ qs, uel aliq̄tulū ſacraꝝ expt⁹ lr̄aꝝ, hæſitauerit? Hęc ibi. Atq obſeruationē illā ueneratiōis ſctōꝝ, qs iure dubitauerit apl̄ica traditiōe & uiroꝝ aplicoꝝ primū in



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ductā in pplm̄ dei, deinde aſſidua cõſuetudine uſqꝫ in hodier
nũ diē, inuiolate roboratā: quā ꝑ tot ſeculoꝝ ſucceſſiões, to-
tius etiā ppl'i firmauit cõſenſus. Debet itaqꝫ ſcd̄m ꝑdictā Au-
guſtini ſniam, hm̄oi ꝑclaræ obſeruatiõi, religioſus pietatis af-
fectus. ¶ Idē q̊qꝫ in libro de fide Chrīana (ut ꝑdicta libri de- II
cretoꝝ diſtinctio, cap. catholica, recitat) oñdit, gñali traditio-
ne eccl'iā ſanctā legitime dirigi, hoc mõ. Catholica eccl'ia ꝑ or
bē terraꝝ diffuſa, tribus modis probat̄ exiſtere. Quicqd em̄
in ea tenet̄, aut authoritas eſt ſcripturaꝝ, aut traditio vl'is, aut
certe propria & particularis inſtructio. Sed authoritate, tota
cõſtringit̄, vl'i traditione maiorũ, nihilominus tota. Priuatis
ergo cõſtitutiõibus & proprijs informatiõibus, unaqqꝫ ꝓ lo-
coꝝ uarietate, prout cuiqꝫ uiſum eſt, ſubſiſtit & regit̄. Hęc il-
le. Porro ritus ueneratiõis ſctõꝝ, manifeſta ſcripturarũ autho
ritate ſufficiētiqꝫ teſtimonio dilucide cõprobat̄. Ex ijſdē qꝫ ſa
cris lr̄is, idē m'tiplici rõcinio ꝓbe deducit̄, quēadmodũ ꝑtim
qdē in ſcd̄o capite iā eſt oñſum, & diffuſi' adhuc i decimo hu
ius libri capite & trib' cõtinēter ſequētib', adiutore deo, oſtē-
det̄. At ꝟo idē honoratõis ſctõꝝ rit', neqq̄ priuata eſt cõſtitu
tio, uni loco peculiaris ac ꝓpria, & ab alio nõ recepta, ſed vl'is
eſt traditio, & ꝑ oēs Chr̄i cultrices natiões extēta. Quis enim
ppl'us eſt, ſacris fidei myſterijs ībutus, apd̄ quē nõ legat̄ letania
ſupplicatioqꝫ cois: in q̄ primũ dei uni' & trini īplorat̄ miſcd̄ia
deiñ oēs ſcti & ſanctæ, ſuo qſqꝫ ordine & noie, inuocãt̄, ut o-
rent deũ pro nob. Quā ſpũ ſctõ dirigēte atqꝫ inſpirãte, primũ
(ut credo) introductā, prorſus eradere libris ac ꝑtermittere de
beret eccl'ia, ſi (ut cõtēdũt aduerſarij) nõ eēnt orãdi nec hono
rãdi ſcti. Quare vl'i illa traditiõe maiorũ ꝑ longā cõſuetudinē
corroborata, ſacrarũqꝫ lr̄aꝝ firmiſſima authoritate cõprobata
ſcd̄m ꝑdictā Auguſtini ſniaꝫ, tota cõſtringit̄ eccl'ia, obligãtqꝫ
ſinguli ī ea, ad illā traditionē obſeruãdā. Alioq ꝑuaricatores
erũt īprobi, & graui pœna mulctãdi. ¶ Qd̄ poſtremũ etiā oñ- III.
dit B. Auguſtinus (ut in. xi. diſtinctiõe eiuſdē uoluminis de- Auguſtinus
cretoꝝ, cap. in ijs rebus, affert eius author) ita ſcribēs ad Catu
lanũ ꝑſbr̄m. In ijs reb', de qbus nil certi ſtatuit diuina ſcriptu
ra, mos ppl'i dei & īſtituta maiorũ ꝓ lege tenēda ſunt. Et ſicut
ꝑuarica-

p̃uaricatores diuinarꝝ legũ, ita cõtẽptores eccl'iaſticarꝝ cõſue
tudinũ, coercẽdi ſunt. Hæc ibi. Atqui diuina ſcriptura, cũ in
ueteri, tũ in nouo inſtrumẽto ſatis ſupq; aſtruit honorãdos eẽ
ſctõs, aptis etiã teſtimonijs. Idẽq; p̃terea propoſitũ, ex ei⁹ prõ-
ptuario, rõcinatione ualida multifariã colligi p̃t, ut ſequẽs ſuo
loco oſtẽdet ſermo. Accedit illi inſup, mos antiquiſſimus to-
tius eccl'iæ. Valẽtiore igit' iure, in eo de ſctis uenerãdis nego-
cio, cõſuetudo populi chr̃iani, traditioneſq; maiorꝝ ſunt tenẽ
dæ. Et q eã cõſtitutionẽ obſeruare cõtẽpſerit, ut rebellis eccle
ſiæ & cõtumax (quẽadmodũ hic ſentit Auguſtinus) haud ſe-
cus affici pœna debet, q̃ diuinæ legis tranſgreſſor publicus,
qñquidẽ mores q legi nõ ſunt aduerſi, cõſenſu utentiũ appro
bati, legẽ imitãt', & legis hñt uigorẽ. Approbatæ igit' cõſue-
tudinis p̃uaricator, etiã legis habet' cõculcator ac uiolat' Omit
to dedita opa, cõplura alia ſctõrꝝ patrum teſtimonia, in p̃dicta
undecima diſt. libri decretorꝝ, itidẽ & duodecima, ceteriſque
proximis ſparſim annotata, qbus promptũ eſt oſtẽdere, quãti
faciẽda ſit cõſuetudo, ab antiq tpe in eccleſiã introducta, & ha
ctenus intemerate obſeruata. Nã locũ illũ euoluentibus, ea p
IIII tinus occurrẽt obuia, atq; ad manũ ſe offerent ultro. ¶ Adij-
cit' & huic piæ obſeruatiõi chr̃ianorꝝ circa ſctõrꝝ uenerationẽ
robur nõ exiguũ, ex multiplici diuerſaq; cõſtitutõe ſummorꝝ
põtificũ, q uarijs tpib⁹ ſecũdũ occurrẽtes occaſiões & cauſas le
gitimas, inſtituerũt uarias ſolẽnitates ſctõrꝝ celebrãdas i eccl'ia
Sergius primus. q̃ anteanõ fuerãt ſolitæ celebrari. Exẽpli gr̃a. Sergius primus
feſtũ purificatiõis ſacroſanctæ uirginis Mariæ cæreis accẽſis
Innocẽtius. 4 & ſacerdotali bñdictiõe cõſecratis, celebrãdã ſanxit. Innocen
tius itẽ. 4. octauas natiuitatis eiuſdẽ glorioſæ uirginis, ſolẽni
tati p̃cipuæ adiungẽdas ſtatuit. Præterea, ſacroſancta ſynod⁹
Baſilieñſis, feſtũ cõceptõis cãdidiſſimæ eiuſdẽ uirginis, decreto
ſeſſionis triceſimæ ſextæ, ſolẽnitatẽ aũt uiſitatiõis eiuſdẽ mr̃is
dñi, decreto ſeſſionis q̃dragesimætertiæ, celebriter agẽdã cõ-
ſtituit, q̃ q̃ nõ deſunt, q uiſitatiõis beatæ Mariæ ſolẽniter cele
Euſebius. brãdæ ſanctionẽ, Vrbano ſexto attribuãt. Ad hæc, Euſebius
papa ſolennitatẽ inuentionis dñicæ crucis (q̃ ipſo ſedẽ ap'licã
moderãte, facta fuerat) mãdauit obſeruãdã, ut refert liber de-
cretorum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cretoꝝ, de cõſecratione diſt. 3. cap. Crucis dñi. Vrbanus etiã Vrbanus. 4.
quartus, celebritatẽ ſanctiſſimi ſacramẽti Euchariſtiæ, ordina
uit a toto pplo agendã. Quã profecto laudabilẽ ordinationẽ, Clemens. 5
cõfirmauit in cõcilio Viennenſi Clemẽs. 5. ut in. 3. lib. a ſe de
nominataꝝ cõſtitutionũ, titulo de reliquijs & ueneratiõe ſan
ctoꝝ, cap. unico, ſi dñm, diffuſe & lucul ẽter explicat. Rurſuȝ
Calixt⁹. 3. feſtũ dñicæ trãſfigurationis haud multo añ tpa nr̃a Calixtus. 3
cõſtituit, q̃tãnis ſexta die Auguſti celebrãdũ. Deniq; Bonifa. Bonifacius. 8
8. dies feſtos duodecim Aploꝝ, quatuor Euãgeliſtaꝝ, & q̃tu
or doctoꝝ ecclıæ, ſub officio duplici ſolẽniter eſſe celebrãdos
decreuit, quẽadmodũ ſextus liber decretaliũ (ut uocãt) titulo
de reliquiis & ueneratione ſanctoꝝ, cap. vnico. glorioſus de-
us, latius expromit. ¶ Prætermitto & quidẽ cõſulto, uarias a- V
lias feſtoꝝ ſolẽnitates, inſtitutas a ſummis eccliæ catholicæ p̃
ſidibus, & diuerſo tpe, & diuerſis cauſis, rõnabiliter eos ad id
impellẽtibus. Ex qbus euadit pſpicuũ, eos q oẽm ſanctoꝝ ue-
neratiõnẽ aſpernãtur & excludũt, obſtinata fronte cõtraniti
põtificijs ſanctionibus, & hinc grauẽ inobediẽtiæ reatũ icur-
rere. Cũ em̃ in ueteri lege, nolẽs obedire ſacerdotis ſummi i-
perio, iubeat morte plecti in tãtæ rebellionis expiationẽ, quã Deute. 17
(oro) merer pœnã, q ſummũ nouæ legis ſacerdotẽ, imo & cõ
plures eoꝝ diuerſis tpib⁹ eccliã totã moderatos, cõtẽnit, ipoꝝ
cõſtitutiões de ſctis honorãdis, puicaciter conculcans, & ha-
bens ludibrio?

¶ Grauiũ ſcriptoꝝ teſtimonio cõprobari ſanctoꝝ ueneratio
nẽ, a Chriſtianis in eccleſia obſeruandã. Cap. V

NEq; p̃termittẽda ſunt illuſtriũ ſcriptoꝝ hoc in lo-
co teſtimonia, ſanctoꝝ honorationẽ magnope no
bis cõmẽdãtia ¶ Inter q̃s prodeat in primis B. Am
broſius, in q̃dã ſermone de ſctis martyribus dicens Ambroſius. 7
Cũ oĩm ſanctoꝝ martyꝝ fratres deuotiſſime natalẽ celebrare
debemus, tũ p̃cipue eoꝝ ſolẽnitas, tota nobis ueneratione cu-
rãda eſt, q in nr̃is domicilijs propriũ ſanguinẽ pfuderũt. Nã
licet uniuerſi ſancti, ubiq; ſint, & oibus proſint, ſpecialr̃ tñ illi
pro nobis interueniũt, q & ſupplicia ptulere pro nobis. Mar-
tyr em̃ cũ patit, nõ ſibi tm̃ patit, ſed & ciuibus. Sibi em̃ patit

 ad p̃miũ

ad præmiũ, ciuibus ad exẽplũ. Sibi patiť ad requiẽ, ciuibus ad
ſalutẽ. Et paulo poſt in eodẽ ſermõe. Cũcti igiť martyres, de
uotiſſime pcolẽdi ſunt, ſed ſpecialr̃ ꝗ uenerãdi ſunt a nob, q̃ꝵ
reliquias poſſidemus. Illi em̃ nos orõnibus adiuuãt, iſti etiã ad
iuuant paſſione. Cũ his aũt nobis familiaritas eſt, ſemp em̃ no
biſcũ ſunt, nobiſcũ moranť, hoc eſt, & in corpore nos uiuẽtes
cuſtodiũt, & de corpore recedẽtes excipiũt, hic, ne peccatoꝵ
nos labes abſumat, ibi, ne inferni horror inuadat. Deinde cir
cã eiuſdẽ ſermonis finẽ ait. Et ideo frẽs, ueneremur eos in ſe-
culo, q̃s defenſores habere poſſum⁹ in futuro. Et ſicut eis, oſſi
bus parẽtũ nr̃oꝵ iũgimur, ita & eis, fidei imitatiõe iũgamur.
In nullo em̃ ab ipſis ſeparari poterim⁹, ſi ſociemur illis tã reli-
gione q̃ corpe. Hæc Ambro. Sed qd hortareť alios ſacrat⁹ an
tiſtes, ad celebrãdos inſigni ueneratiõe martyres ſctõs, ſi non
eẽt coꝵ colẽdus dies feſtus, ſi null⁹ eẽt illis exhibẽdus a nobis
honor? Eſſet plane ea exhortatio, in laqueũ, decipulã & ſcãda
II. lũ. ¶ Adducať & alius, eiuſdẽ rei teſtis locupletiſſim⁹, btũs pr̃
Auguſtinus Aug. q in ſermõe de natiuitate S. Iohãnis baptiſtę inqt. Poſt
illũ ſacroſanctũ dñi natalis diẽ, nullius hoĩm natiuitatẽ legi-
mus celebrari, niſi ſolius B. Iohannis baptiſtæ. In alĳs ſctis &
electis dei, nouim⁹ illũ diẽ coli, q̃ illos poſt cõſummationẽ la-
boꝵ & deuictũ triũphatũq; mũdũ, in ppetuas æternitates p̃-
ſens hæc uita parturit. In alĳs, conſummata ultimi diei merita
celebranť, in hoc, prima dies, & ipſa etiã hoĩs initia cõſecranť
pro hac abſq; dubio cã, qa p hũc, dñs aduẽtũ ſuũ (ne ſubito ho
Idem mines inſperatũ nõ agnoſcerẽt) uoluit eſſe teſtatũ. Idẽ q̃q;, in
principio ſermonis de aſſumptiõe ſacroſanctæ uirginis Ma-
riæ. Adeſt nobis dilectiſſimi frẽs, dies ualde uenerabilis, dies,
oĩm ſctõꝵ ſolẽnitates p̃cellẽs. Adeſt inq̃ dies inclyta, dies prę
clara, dies in q̃ e mũdo migraſſe crediť uirgo Maria. Et ideo
laudes intonet uniuerſa terra cũ ſumma exultatiõe, tãtæ uirgi
nis illuſtrate exceſſu, qa indignũ ualde ẽ, ut illi⁹ recordationis
ſolẽnitas ſit apd̃ nos ſine maxĩo honore, p quã meruim⁹ auto
rẽ uitæ ſuſcipe. Satiſq; p̃poſteꝵ iudicãdũ eſt, ut cũ ſctõꝵ cele-
bram⁹ uictorias martyꝵ, illi⁹ ſolẽnitatẽ illis nõ p̃feram⁹, q̃ hu
III. ic mũdo ædidit principem martyꝵ. ¶ Cõſonat huic & ſacer

Hieroñ

Hierony. in ſermone de eadē ſacræ uirginis aſſumptiōe dicēs Hieronymus
Si deū frēs chariſſimi ore prophetico in ſctis ſuis laudare iube Pſal. 150.
mur, mlto magis in ueneratiōe B. Mariæ uirginis mr̄is ei⁹, o-
portet eū cū hymnis & cāticis diligentius extollere, & dignis
deo iubilare ꝑconijs, ac myſticis honorare munerib⁹. Nulli ei
dubiū, qn totū ad gloriā Chr̄i laudis ꝑtineat, qcqd digne geni
trici ſuæ impēſum fuerit ac ſolenniter exhibitū. Hæc ille. Sed
q̄rſum iſta, ſi nō eēnt honorādi a nob ſcti? ¶ Addat ſupra di- IIII.
ctis & B. Bernard⁹, q in uno ſermonū de ſolēnitate oīm ſctō- Bernardus
rū, hoc habet exordiū. Feſtiuitas ſctōꝝ oīm hodie celebrat, &
dignū eſt, ut cū oīni deuotiōe celebret. Etenī ſi magna uidet-
eē & eſt, B. Petri ſolēnitas, ſeu B. Stephani, aut cuiuſlibet cæ
teroꝝ, q̄ta eſt iſta, q̄ nō unius tm̄ eſt, ſed uniuerſoꝝ? Rurſum
in alio eiuſdē feſti ſermone, ita ordit. Feſtiua nob eſt dies hęc Idem
& iter ꝑcipuas ſolēnitates, hodierna ſolēnitas numerat. Quid
ergo dicim⁹? cui⁹ apl̄i, cuius martyris, cuius ſancti? Nō unius
alicuius ſingulariter, ſed pariter uniuerſoꝝ. Oēs ſiquidē noui
mus, feſtiuitatē oīm ſctōꝝ dici & eē, quā hodie celebramus.
Hæc ibi. Sed qd hęc ip̄a afferret uir ſctūs in mediū, ſi nulla eſ- V
ſent ueneratiōe colēdi ſancti? ¶ Accedat his & B. Dionyſius Dionyſius.
in libro de eccl'iaſtica hierarchia, ca. tertij ꝑte tertia, dicēs. E-
niuero ſctōꝝ poſt pacē illā noim ꝑdicatio, eos ꝑconio attollit
q pie ſctēq; uixerūt, & ad finē uſq;, uirtutis uiā cōſtāter (nuſq̄
ab ea deflectēdo) tenuerūt, nos qdē, ad imitādū beatiſſimū il-
loꝝ habitū, atq; ad diuina appetēda ꝑmia, prouocās ac ducēs
illos aūt, ueluti uiuētes ꝑdicās, q (ut theologia ait) nō mortifi- Iohan. 5.
cati, ſed in diuinā penitus uitā ex morte tranſlati ſunt. Sic Di-
onyſius. Hæc aūt ſanctoꝝ noīm ꝑdicatio, nōne ꝑclara eſt ſan
ctoꝝ cōmemoratio, & inſignis honoratio? ¶ Demū audiatur VI.
Iohānes Damaſcenus, in. 4. lib. de fide orthodoxa, cap. 16. Damaſcenus.
ita eandē comprobans ſententiā. Honorare decet ſanctos, ut
amicos Chr̄i, ut filios, & hæredes dei, quēadmodū ait deilo-
quus Iohānes euāgeliſta. Quicūq; aūt receperūt eū, dedit eis Iohan. I
ꝑtātē, filios dei fieri. Quare nō āplius ſunt ſerui, ſed filij, ſi aūt Roma. 8.
filij, & hęredes. Hęredes qdē dei, cohęredes aūt Chr̄i. Et dn̄s
in ſacris euangelijs, apoſtolis dicit. Vos amici mei eſtis, non Iohan. 15

 etiam

etiã uos uocaui ſeruos, nã ſeruus neſcit qd facit dñs eius. Hæc
Damaſcenus. Quinimo deinceps p totũ id caput, idẽ proba-
tiſſimus author, multis argumẽtis ſctõs eſſe uenerãdos aſtruit
ita circa finẽ eius, rẽ propoſitã colligẽs, p ſingulos ſanctoꝝ or-
Damaſcenus dines apta progreſſione. Deiparã, ut proprie & uere dei ma-
trẽ, honoremus. Præcurſorẽ Iohãnẽ, ut prophetã & baptiſtã
& miſſum & martyrẽ. Neqꝫ eñ inter natos mulierũ ſurrexit
Matth. 11. maior Iohãne, ut dñs dixit, & regni eius, primus præco fact⁹
eſt. Apłos, ut fratres dñi & inſpectores, & miniſtros in paſſio
nibus eius. Et hoc pacto ſingillatim p cæteros ſanctorũ grad⁹
inibi procedit Damaſcenus, oñdens eorũ ſingulos eẽ colẽdos
& cauſam pariter ſubnectẽs. Cæterũ nõ foret difficile, cõplu-
res alios eiuſdẽ rei teſtes, eximios authores adducere, qm̃ teſti
moniꝭs ad eã cauſam ſulciẽdã accõmodis, paſſim ſcatent ipſo-
rũ libri. Sed nõ uiſum eſt id in pñtia neceſſariũ, in re ſcilicet
tã clara & liqda, denſam nubem teſtium inducere, eaqꝫ, legen
tium oculos offundere.

Ob excellentiã uirtutis ſanctorũ, imitationis exẽplũ, & pa
trociniꝭ ſubſidiũ, honorãdos eẽ a nobis ſctõs. Cap. VI.

QVoniã ſupra utcũqꝫ monſtratũ eſt, ſctõs a nob ho-
norari debere, nũc reliquũ eſt oñdere, curnã hono
rãdi ſunt, ne id gratis & ſine legitima rõne dictũ ui
deat. Inter cæteras aũt cauſas, q̃ merito quẽqꝫ dñt
impellere ad debitũ honorẽ ſanctis impẽdẽdũ, tres potiſſimũ
aſſignari ſolẽt, q̃ nos ad id ipm pſtandũ efficiãt propenſiores.
1 ¶Prima eſt, inſignis eminẽtia uirtutis & ſanctimonię, q̃ hic ui
tã agẽtes mirificè claruerũt. Nemo ſiquidẽ eſt, q nõ norit, uir
tuti honorẽ deberi, & iꝭs q uirtute ſunt pditi, q̃toqꝫ excellẽti-
or fuerit uirtus, tãto pclariore afficiẽda eſt honore. Atq nul-
lus eſt ſanctorũ ordo & gradus, & in q̃uis ordine nullus repo
nit ſctũs, q nõ eximio uirtutis ſplẽdore coruſcauerit, quiqꝫ nõ
miro bonorũ operũ ornatu refulſerit. Sancti eñ p fidẽ (ut be-
Hebræ. 11. atus ſcribit Paul⁹) uicerũt regna, opati ſunt iuſtitiã, adepti ſunt
repromiſſiones, fortes facti ſunt in bello, nõ corporali tm̃, ſed
& ſpũali, cõtra demonẽ, mũdũ & carnẽ, quẽ triplicẽ hoſtẽ ui-
ctrice dextra fuderũt. Dæmonẽ qdẽ, adiutrice dei gr̃a ſupera-
runt

runt, mūdū cōculcarūt, & carnē edomuerūt, glorioſoq; trium
pho ob p̄clarā hāc & triplicē uictoriā, cœleſtib⁹ atrijs ſunt in-
uecti, aureo diademate, a patre q in cœlis eſt coronati, & ad i-
mortalē uitā traducti. Nōne igiť panegyrico ſunt carmine di
gni, q̄d duros eorū labores enarret, uirtutes enūeret, illuſtrē ui
ctoriā p̄dicet, & p̄mia ipſorū ppetua etiā cōmemoret? Certe
id recta expoſcit rō, ut uiros illos glorioſos laudemus, p̄clara
ipſorū opa in ampliorē eorū cōmēdationē referamus, gratu-
lemur eorū gloriæ immarceſſibili, ad quā ex hac ualle miſeriæ
ſunt euecti, deoq; ipſorū ſanctificatori gr̄as agamus, de exube
rante gratiarū munere ſanctis collato, cuius adiutorio, ita ſunt
glorificati. Nōne uas electionis Paulus, in ep̄la ſua ad Hebræ Hebræ. 11.
os cōſcripta, antiq̄s ueteris inſtituti patres claro celebrauit en
comio, illuſtreſq; eorum uirtutes & noīa, catalogo q̄dā ſacro
recenſuit? Nōne & de ijſdē ait Eccl'iaſticus? Laudemus uiros Eccleſ. 44.
glorioſos, & parētes nr̄os in gn̄atione ſua. Et poſt deſcriptas
generatim illorū laudes, mox ſubnectit. Oēs iſti, in gn̄ationi-
bus gentis ſuæ gloriā adepti ſunt, & in diebus ſuis habenť in
laudibus. Qui de illis nati ſunt, reliquerūt nomē narrandi lau
des eorū. Deinde ſingulatim cuiuſq; antiquorū patrū, Enoch Eccleſi. 45. &
Noe, Abrahæ, Iſaac, Moyſi, Aaron, Ioſue, & cæterorū, p̄cla deinceps.
ros enarrat titulos, & acta magnifica. Quid igiť inſignib⁹ no
uæ legis patribus, eſt a nobis exhibendū? q dn̄m uirtutū & re
gē gloriæ, iā in terris uiſum & cū hoibus cōuerſatū, & tpe &
ope ſecuti, neutiq̄ ab eius declinarūt ueſtigijs, ſed uirtutib⁹ &
ſignis ſplēdidiorib⁹, q̄ priſci & nūc antiquati ritus, patres, co-
ruſcarūt. Nōne ergo & laudū his debenť ampliora p̄conia, &
honor multo cumulatior? ¶ Secūdo, ſanctorū honorificentia II.
cōfert nobis ad imitatiōis ſtudiū, q̄ ardenter accēdimur, cū ip
ſorū uirtutes in die ſolēnitatis eorū, nr̄æ mentis oculis obijci-
unť. Sunt em̄ egregia ſanctorū opa, tanq̄ ſacræ q̄dā faces, nos
ad æmulationē, ſequēdoſq; mores eorū, ſuo feruore ſuccēdē-
tes. Q̄d & Leo papa, in q̄dā ſermone de martyribus affirmat, Leo papa.
dicēs. Quotieſcūq; fratres chariſſimi, ſanctoꝝ martyꝝ ſolen-
nia celebramus, ita ipſis intercedētibus expectemus a dn̄o cō
ſequi temporalia bn̄ficia, ut ipſos martyres imitādo, accipere

 merea-

mereamur æterna. Ab eis em̃, ſanctoꝝ martyꝝ in ueritate, fe
ſtiuitatũ gaudia celebrant, q ipſoꝝ martyꝝ exẽpla ſequũtur.
Solẽnitates em̃ martyrũ, exhortatiões ſunt martyrioꝝ, ut imi
tari nõ pigeat, qd celebrare delectet. Sed nos uolumus gau-
dere cũ ſanctis & tribulationẽ mũdi nolumus ſuſtinere cũ il-
lis. Qui aũt ſctõs martyres, uel inquãtũ potuerit imitari nolu
erit, ad eorũ beatitudinẽ nõ poterit puenire. Sic em̃ apl's Pau-
2. Corin. 1. lus p̃dicat, dicẽs, Si fuerimus ſocij paſſionũ, erimus & cõſola-
Iohan. 15. tionũ. Et dñs in euãgelio. Si mũdus uos odit, ſcitote quia me
priorẽ uobis odio habuit. Recuſat eẽ in corpe, q odiũ mundi
nõ uult ſuſtinere cũ capite. Hæc ibi. Cõſonat illi Damaſcen⁹
Damaſcenus. poſt enũeratos ſctõꝝ gradus & ordines, qbus honorẽ debe-
mus, hęc ſubnectẽs. Hoꝝ oim attendẽtes cõuerſationẽ, æmu
lamur fidẽ, bonitatẽ, ſpem, zelũ, uitã, tolerãtiã paſſionũ, & ſu
ſtinẽtiã uſq; ad ſanguinẽ, ut & coronã gliæ cũ ipſis participe-
mus. Et paulo poſt in cap. ſequẽti. Silr & ſanctoꝝ fortia facta
p̃parãt nos ad fortitudinẽ, & zelũ, & imitationẽ uirtutis illo-
III rũ, & gloriã dei. ¶ Terrio deferẽda ſunt ſanctis honoꝝ obſe-
qa a nobis, ut hoc pio officio demereamur eoꝝ patrocinia, ip
ſoſq; habeam⁹ pro nob apud deũ in cã nr̃a patronos & inter-
ceſſores. Qd q̃to ſtudio ſit nobis enitẽdũ, oſtẽdit Iohãnes Da
maſcen⁹ libri q̃rti de fide orthodoxa, cap. 16. dicẽs. Quãtũ ſa-
Damaſcenus. ne laborares ut inuenires adiutorẽ, q ad mortalẽ regẽ te addu-
ceret, & pro te ad ipm ſermones faceret. Adiutores ergo to-
tius gñis, deo pro nobis ſupplicatiões porrigẽtes, nõ honorã
Dionyſius. di ſunt? certe honorãdi. Btũs itẽ Dionyſius in poſtremo cap.
libri de eccliaſtica hierarcha, eãdẽ aſtruit ſniam his v̾bis. Itaq;
ſcripturę ſacrę acqeſcẽs, utiles eẽ in hac uita duxerim ſctõꝝ p
ces hoc mõ ſcilicet. Si qs ſanctoꝝ munerũ deſiderio incẽſus,
ad eaq; pcipiẽda pie affect⁹, paruitatis tñ propriæ cõſci⁹, quẽ-
piã ſctõꝝ uiroꝝ adeat, oretq; ſibi adiutorẽ & p̃catorẽ accede
re, capiet ex hoc oĩno utilitatẽ cõmoda cũcta excedẽtẽ. Fruet
ei ijs q̃ petit ſacratiſſimis donis, ſuſcipiẽte diuia clemẽtia, atq;
in primis in eo amplectente religioſam cognitionẽ ſui, reuerẽ
tiãq; ſanctorũ, & laudabile ſanctarũ petitionũ a ſe poſtulata-
rũ deſideriũ, cõſentaneũq; his ſacratiorẽ habitum. Eſt em̃ &
hoc di-

hoc diuinis ſancitũ iudicijs, ut diuina munera, ijs q digni ſunt
ſumere, decẽtiſſimo ꝑ eos tribuãtur ordine, ꝗ ea tradere non
ſunt indigni. Hanc ſi qs ſpernat ſacroſanctã diſciplinã, atq; in
felici elatione ſeductus, dignũ ſe diuina arbitret̃ familiaritate
ſanctoſq; deſpiciat, hic certe ſi petitiões indignas deo, neque
ſacras poſtularit, intẽtoq; careat diuinorũ deſiderio, ſibiq; ipſi
cõſentaneo, imperita poſtulatione ꝑ ſeipm̃ nunq̃ potiet̃. Hęc
Dionyſius. ¶ Q; ſi qs obiectet, beatũ patrẽ inibi uerba face- IIII
re de ſanctis, hãc adhuc agẽtibus uitã, q̊s oñdit eẽ ſolicitãdos
ab alijs, ut pro eis deũ p̄cent̃, nõ aũt de ſctĩs, q hac uita ſunt ex
empti, & regno cœleſti nũc potiunt̃, de qbus tñ ſolis, hic fit ꝑ
tractatio. Eſto id, ſed nõne ex eo q̊d proponit illic Dionyſius
protin⁹ recte cõficit̃ idipm̃ q̊d hic proponimus? Si eñ orandi
ſunt ſancti uiri,, adhuc mortali corpore & corruptibili (q̊d ag
grauat animã) circũdati, a peccati cõtagio nõ oĩno alieni, & q
a grã dei quã hñt excidere pñt, atq; a uirtute prolabi ad iniq-
tatẽ, nõne potiore iure & illi ſunt orãdi, q iã corꝑe ſoluti, uitę
ꝑpetuæ ſunt in cœlo participes, nulla prorſus peccati macula
coingnati, qq; amplius ad uitia nõ pñt decũbere? Quis (oro)
dubitauerit, & gratiores eẽ deo & efficaciores horũ p̄ces? cui
iã indiſſeparabilr̃ ſunt cõiũcti, in cuius cõſpectu aſſidue cõſi-
ſtũt, flagrãtes ardẽtiſſimo illi⁹ amore, q nunq̃ elãgueſcet, fru-
enteſq; ꝑpetua dei uiſione, a qua nunq̃ diuellent̃. Sed hac de
re, latior in ſequẽtibus locis futur⁹ eſt ſermo. ¶ Porro has tres V
cauſas añ dictas, B. Bernardus in uno ſermone de feſto oim Bernardus
ſanctorũ, ita paucis cõſtringit. Fidelis ſermo & omni accepti
one dignus, ut q̊s ſolẽni ueneratione proſeqmur, etiã ſimili cõ
uerſatione ſequamur, q̊s beatiſſimos p̄dicam⁹, ad eorũ beatitu
dinẽ tota auiditate curramus, quorũ delectamur p̄conijs, ſub-
leuemur eorũ patrocinijs. Nec ſane parũ infructuoſa inuenit
memoria feſtiua ſanctorũ, lãguorẽ, teporẽ, errorẽq; depellẽs,
cũ eorũ interceſſione, iuuet̃ infirmitas nr̃a, cõſideratiõe beati-
tudinis, excitet̃ negligentia nr̃a, ignorãtia quoq; nr̃a, ipſorum
erudiatur exempls. Hæc Bernardus.

¶ Duos errores adinuicẽ oppoſitos, quondã pullulaſſe,
circa ſanctorũ pro hoibus orõnes. Cap. VII.

Inueniunt̃

# LIBER PRIMVS.

INueniunt̃ aũt gemini inter ſe penitus oppoſiti er-
rores, olim fuiſſe oborti in eccľia circa hãc materiã
& quæſtionẽ, orent ne ſancti æternæ beatitudinis
.I. cõſortes, pro hoibus. ¶ Primus eorũ, q orõnib⁹ ſan
ctorũ nimiũ tribuũt, & plusq̃ oporteat, aſſerẽtes ipſos ſanctos
etiã pro ijs q in impietate & infidelitate hinc deceſſerũt, deũ
orare, miſericordiãq; & ueniã ipſis impetrare, & hoc pacto ne
minẽ hoim, q̃tũlibet ſceleratus & impius uixerit, atq; in pec-
catis ſuis mortuus fuerit, tandẽ a deo dãnatum iri. Quẽ ſane
peſtiferũ errrorẽ, diuinæ iuſtitiæ prorſus aduerſum, & pmit-
tentẽ impunitatẽ improbis hoĩm moribus, innuit B. Augu
Augustinus ſtinus, uiceſimiprimi lib. de ciuita. dei, cap. 18. dicẽs. Sunt etiã
(q̃les in collocutiõibus nr̃is ipſe ſum exptus) q cũ uenerari ui-
deant̃ ſcripturas ſanctas, moribus improbãdi ſunt, & agẽdo
cauſam ſuã, multo maiorẽ q̃ iſti promittẽtes ſcilicet dæmoni
bus & reprobis hoibus poſt aliq̃t annorũ ſupplicia æternã ſa-
lutẽ, de qbus in cap proxime pcedẽte locut⁹ ẽ) miſcdiam deo
tribuũt erga humanũ genus. Dicũt em̃, de malis & infideli-
bus hoibus diuinitus quidẽ uerũ pdictũ eẽ, q̊d digni ſunt, ſed
cũ ad iudiciũ uentũ fuerit, miſcdiã eſſe ſupaturã. Donabit em̃
eos (inquiũt) miſericors deus, precibus & interceſſiõibus ſan-
ctorũ ſuorũ. Si em̃ orabãt pro illis, qñ eos patiebant̃ inimicos
q̃to magis, qñ uidebũt humiles ſupplicesq; proſtratos? Neq;
em̃ credẽdũ eſt (aiunt) tũc amiſſuros ſctõs uiſcera miſcdiæ, cũ
fuerint planiſſimæ & pfectiſſimæ ſanctitatis, ut q tũc orabãt
pro inimicis ſuis, qñ & ipi ſine pctõ nõ erant, tũc nõ orent pro
ſupplicibus ſuis, qñ nullũ cœperint habere peccatũ? Aut uero
deus tũc eos nõ exaudiet, tot & tãtos filios ſuos, qñ in tãta eo-
rũ ſanctitate nullũ inueniet orõnis impedimentum? Hæc ibi.
Quinimo p totũ id caput iã citatũ, adducit idẽ btũs pr̃ diuerſa
ſcripturæ ſanctæ teſtimonia, qbus nitunt̃ hũc ſuũ improbũ
errorẽ, aſſertores eius ac authores fulcire. In. 24. uero eiuſdẽ
libri [illegible]ui capite, rñdet idẽ ſacer antiſtes diffuſe rõnibus eorũ, q
hũc tutari errorẽ laborarũt, teſtimonijsq; ſacrarũ lr̃arũ p eos
adductis & pperã intellectis, ſanã aſſignat intelligentiã, ab eo
rũ ſenſu prorſus alienã, tantãq; ueſaniã, penitus ibidẽ elidit ac
confutat

cõſutat. ¶ Secũdus aũt error eſt eorũ, q orͦnibus ſanctorũ de II
trahũt authoritatẽ, minusq̃ tribuunt eis q̃ par ſit, diĉctes, ſane
eos ipſos cũ uitã hãc degũt, orare quidẽ pro aliȷs, & impetrare
illis a dño bñficia, cũ uero corpe exuti ad ęternã tranſlati ſunt
uitã, nõ poſſe amplius eos pro aliȷs orare. Et hæc una fuit por
tio tetri ac peſtilẽtis ueneni, qd ſpurco & uirulẽto ore euomu
it Vigilãtius hæreticus, poſt Iouinianũ & Eunomiũ, ſuos in Vigilantius
hoc impio dogmate mgr̃os, & impios duces. Vt noſcãt oẽs, Iouinianus.
q hac tẽpeſtate cõtẽdũt nõ eſſe orãdos ſanctos aut honoran- Eunomius
dos, neq̃ ipſos apud deũ orͦnes pro nobis fundere, nõ ſe no-
uæ ſectæ eſſe repertores, ſed antiquæ & iã olim dãnatæ hære
ſeos ſuſcitatores atq̃ reuocatores, eandẽq̃ ſuã hæreſim, mltos
annos ab ecclia catholica exploſam eſſe atq̃ reiectã. Noſcant
itidẽ, qualis & q̃ noxia ſit eorũ aſſertio. q̃ tales habeat primos
authores & ſatores, Iouinianũ, Eunomiũ, & Vigilantiũ, tria
teterrima monſtra, q̃ ore triſauci inſtar tricipitis Cerberi, con
tra eccliam quondã oblatrarũt. ¶ Sed claua Herculea iã olim III
cõtudit ora Vigilantiȷ, in ſanctos impie obtrectantia, beatus
pater Hieronymus, & acerrime hanc eius impietatẽ (iã unde-
cies centeni fluxerũt anni) improbauit. Qui fortiſſimus fidei
propugnator, in ſuo ope, ipſius Vigilantiȷ cõfutatorio, inter
cætera, cõtra ipm negantẽ ſanctorũ pro nobis patrociniũ, ait.
Dicis in libello tuo, q dũ uiuim9, mutuo orare poſſum9, poſt Hieronymus.
q̃ aũt mortui fuerimus, nullius ſit pro alio exaudienda orͦo, p-
ſertim cũ martyres ultionẽ ſui ſanguinis obſecrantes, impetra Apoca. 6
re nequiuerint. Si apli & martyres adhuc in corpore cõſtituti
pñt orare pro cæteris, qñ de ſe adhuc debẽt eſſe ſoliciti, quãto
magis poſt uictorias, coronas, ac triũphos? Vnus hõ Moyſes Exodi. 32
ſexcentis milibus armatorũ impetrat a dño ueniã. Et Stepha-
nus imitator dñi ſui & primus martyr in Chr̃o, pſecutoribus
ueniã deprecat. Et poſtq̃ cũ Chr̃o eſſe cœperint, minus uale- Act. 7
bunt? Paulus aplus ducentas ſeptuaginta ſex, ſibi dicit in naui Act. 27
aĩas cõdonatas. Et poſtq̃ reſolutus eſſe cœperit cũ Chr̃o, tũc
ora clauſurus eſt, & pro ȷs q in toto orbe ad ſuũ euãgeliũ cre-
diderũt, mutire nõ poterit, meliorq̃ Vigilãtius, canis uiuẽs, q̃
ille, leo mortu9. Recte hoc de Ecclſiaſte pponeres, ſi Paulũ in Eccleſ. 9.
ſpũ mortuũ cõfiteretur. Hęc Hiero.



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

¶ Eccleſiā catholicā, inter duos p̄dictos errores,
mediā ueritatis uiā tenere. Cap. VIII

AT eccl'ia ſancta, q̄ a ſpū ueritatis illuminat̄ ac regit̄
ab utroq; iā dictoꝝ erroꝝ, extremas & inter ſe ex
diametro oppoſitas tenentiū partes, cauta declinat
atq; media uia, tanq̄ inter periculoſam Scyllam &
I Charybdim, ſuā cymbā tuto deducit. ¶ Eniuero nō recipit ip
ſa, orationē ſanctoꝝ fieri pro ijs q in iniquitate ſua aut incre-
dulitate iā mortui ſunt, ſecūdū cōmunē & ordinatā a deo le-
Marci.16 gē, nō ignorās ſcriptū eſſe. Qui nō crediderit, cōdēnabit̄. Et q
Iohan.3 nō credit, iā iudicatꝰ eſt, q̄dq; ſine fide īpoſſibile eſt queq̄ pla-
Hebræ.11. cere deo. Et iterꝝ. Neq; habitabit iuxta te malignus, neq; per-
Pſalm̄.5 manebūt iniuſti aū oculos tuos. Et rurſum. Si ceciderit lignū
Eccleſ.11. ad auſtrū aut ad aquilonē, in q̄cūq; loco ceciderit, ibi erit. Pro
ijs itaq; q tēpus adhuc hn̄t pœnitētiæ, & hic uitā agūt quā in
melius cōmutare p̄nt, a malo p̄terito reſipiſcētes, orōnes ſctō-
rū ſiue in terris adhuc degentiū, ſiue in cœlis cū deo regnātiū
II utiliter fieri ipſa admittit. ¶ Q; ſi quiſpiā hic obiectet, B. Gre
Gregorius goriū adhuc ſupſtitē, oraſſe diuinā maieſtatē & clemētiā pro
Traianus aīa Traiani impatoris Romani, quingētos fere annos aū cum
mortui, impetraſſeq; illi ſalutem æternā. Huic adhibenda eſt
reſponſio, nō debere quidē cuiq̄ incredibile uideri, q̄d de Tra
iano iā adductū eſt. Tū ꝙ idip̄m, cōplures grauiſſimi ſcripto-
res & probatiſſimæ apud oēs authoritatis, lr̄aꝝ monumentis
tradiderint, q̄ꝝ dictis nō eſt temere detrahēda fides, neq; leui
ter refragandū. Tū etiā, ꝙ ſiſe quiddā in alijs factū fuiſſe inter
dū lectitat̄, pleroſq; ſcilicet in infidelitate aut pctō ad mortem
ex hoc mūdo ſublatos, precibus ſanctoꝝ, in huius uitæ pegri
natione adhuc tūc ſubſiſtētiū, fuiſſe ad uitā reuocatos, & de-
Philippus. mū æternæ ſalutis munus cōſecutos. Enimuero S. Philippus
apl'us, filiū pōtificis idoloꝝ & duos tribunos pſecutores ſuos,
peſtifero draconis afflatu extinctos, uitæ reſtituiſſe legit̄. Btūs
Matthæus itē Matthæus apl'us & euāgeliſta, filiū regis Aethiopū (quē
magicis ſuis carminibꝰ nō potuerūt malefici ſuſcitare) orōne
ad deū fuſa, reduxit ad uitā. Ad hæc, frater regis Indoꝝ, ſan-
Thomas cti Thomæ apl'i interuētione, uitæ eſt redditus, & de magni-
fico pa-

fico palatio in cœlis extructo, architecto ipſo Thoma, teſti-
moniũ phibuit. Rurſum S. Martinus inter tres mortuos a ſe Martinus
reſuſcitatos, quẽdã q laqueo ſibi mortẽ cõſciuerat, p̄cibus ſu-
is reduxit ad uitã, aliũ q̄q; adhuc catechuminũ, itidẽ rediuiuũ
reddidit. Multa q̄q; id genus exẽpla, in hiſtorijs acta ſc̄torꝝ re
ferẽtibus, & nequaq̄ aſpnandis aut cũ ſupcilio reijciẽdis, paſ-
ſim occurrent. Quinimo & B. Auguſtin⁹ in primo libro de Auguſtinus
aĩa & eius origine, cap. x cõſile quippiã cõmemorat de Diuo Diuocrates.
crate, fratre ſanctæ Perpetuæ, q ſeptẽnis mortuus fuerat, & i Perpetua.
mortis dãnationẽ ierat. Soror aũt ipſius, imminẽte ſuo marty
rio, & cũ pro Chr̄o eſſet moritura, dñm pro illo rogauit, atq;
ut a pœnis trãſferret ad requiẽ, impetrauit. Quid igit̄ prohi-
bet, idẽ & de Traiano factũ eſſe exiſtimare? ut beati Gregorij
precibus, aut ad uitã hãc mortalẽ fuerit reuerſus, ad agẽdã de
peccatis ſuis pœnitẽtiã, q̄d uero eſt ſimilius, uel ꝙ aĩa eius, alio
quis mõ (quẽ deus nouit) purgata, tranſierit ad uitã ppetuam.
¶ Veruntñ id nulli hoĩm fiduciã ſuggerere debet, ꝙ cõſimi-
li mõ, ſancti cuiuſpiã precibus (etiã ſi peccatis ſuis mortuus fu
erit) æternæ uitæ cõſortiũ aſſequet̄. Nẽpe q̄ de Traiano & cæ
teris hic citatis, mõ dicta ſunt, gratuito dũtaxat diuinæ uolun
tatis indultu illis fuere cõceſſa, præter ordinariæ cõmuniſq; le
gis cõſtitutionẽ, a qua deus hos pro ſuo nutu atq; bñplacito ex
emit. Nõ eñ ita, definitis a ſe legibus ipſe ſubijcit̄, ut nõ poſ-
ſit priuilegio q̄dã ſingulari, p̄ter eas cuiq̄ aliqd liberal̄r p̄ſtare.
Atq priuilegia paucorꝝ, nequaq̄ faciũt legẽ, neq; promiſcue
in oẽs extẽdunt̄, alioq priuilegia non eſſent, nec dici poſſent.
Stulte igit̄, temerarie, & inſipiẽter cõſideret, q ſe q̄q;, ubi æter
ni delicti reus eſſet poſt mortẽ, ſperaret horꝝ añ dictorꝝ exem
plo, p̄ cuiuſq̄ ſanctorꝝ itercesſionẽ, ad uitã reuocatũ iri, aut cõ-
ſecuturꝝ æternã fœlicitatẽ. Q̄nquidẽ ſolus ipſe deus nouit, q
bus id p̄cipui muneris priuilegiũ ſit impartiturus, & q̄d uni p̄
ſtat, alteri citra iniuriã recuſare, denegareq; poteſt, cũ idipm̄,
in ſola eius ſupbona uolũtate ſit collocatũ. Quæ aũt in huius
capitis principio dicta ſunt, ſecundũ cõmunẽ ac ordinariã dei
legẽ ita ſe habere, ſunt intelligenda. Cui ſolide innitẽtes, exi-
ſtimem⁹ animę peccatrici ſolutę uinculis corporeis, & ęterna

dãnatione dignæ, nõ impẽdi nec prodeſſe orões eccl̃iæ, neq;
debere quẽpiã uana lactari ſpe, aut inani cõfidentia niti, ſtul-
III. tave fiducia, ſubleuationis earũ orationũ. ¶ Sed rurſum inſi-
ſtet fortaſſe aliqs, & obijciet in p̃dictorum cõfutationẽ, ea beati
Mat. 16. Gregorij uerba, q̃ legunt in homilia euãgelij ſecundũ Mat.
Si qs uult uenire poſt me, abneget ſemetipſum, & tollat cru-
cẽ ſuã & ſequat me, q̃d de ſanctis legit maryribus (eſt aũt illa,
inter quadraginta ſancti patris homilias ſup euangelia, ordi-
ne triceſimaſcd̃a) ubi de ipſis ſanctis loquẽs ait. Hos ergo fra-
tres chariſſimi, in cã neſtri examinis quã cũ diſtricto iudice ha
bebitis, patronos facite. Hos in die tanti terroris, illius defen
ſores adhibere. Certe ſi apud quendã magnũ iudicẽ, cã q̃libet
ueſtra eſſet die craſtino uentilanda, totus hodiernus dies in co
gitatione duceret, patronũ ueſtra fraternitas q̃reret, magniſq;
precibus ageret, ut apud tãtũ iudicẽ ſibi defenſor ueniret. Ec-
ce diſtrictus iudex Ieſus, uenturus eſt, tãti illius angelorum & ar
changelorum cõcilij, terror adhibet. In illo cõuentu, cã nr̃a diſ-
cutit, & tñ patronos mõ nõ requirimus, q̃s tũc defenſores ha-
beamus. Aſſunt defenſores nr̃i, ſancti martyres, rogari uolũt
atq; (ut ita dixerim) q̃runt, ut q̃rant. Hos ergo adiutores, ṽris
orõnibus q̃rite, hos protectores ueſtri reatꝰ inuenite, quia ne
punire peccatores debeat, rogari uult & ipe qui iudicat. Hæc
Greg. Quibꝰ plane uerbis hortat, ut ſanctos nobis aſciſcamꝰ
patronos, q in die examinis nr̃i extremi, corã iudice pro nobis
loquant, atq; in die iudicij nr̃i ferãt cauſæ nr̃æ patrociniũ. Sũt
igit (inquiet) & tunc, ſancti pro nobis oraturi. ¶ Verũ hęc ob
iectanti reddẽda eſt reſponſio, probe quidẽ & uere dicta eẽ il
la uerba Gregorij, ſed ea recte intelligi debere. Non eñ illis
innuit ipſe Gregorius neq; admonet, q̃rendos eſſe ſanctos no
bis patronos, q in die iudicij extremi primũ, & non añ, cauſæ
nr̃æ corã deo patrocinent, ſed q, dũ hic uiuimus, pro nobis in
tercedãt, deũq; ſuis precibus reddant mortalibus placabilẽ, ue
niã q̃q; nobis impetrẽt peccatorum, & grãm ad bñ operandum.
Et ita patrociniũ eorũ, nobis adhuc in ſtadio currẽtibus im-
pẽſum, magnã in die iudicij attulerit cauſæ nr̃æ opẽ, qm̃ & re-
miſſionẽ obtinuerit nob delictorum, & grãm dei, pariter ac glo
riam.

riā æternā. Quare p̄ hmōi patrociniū, a ſanctis cū hic uiximus
nobis exhibitū, tūc nr̄a cā fœliciter corā ſupno iudice aget, ne
q̄ in dānationē nr̄i, ſed ſaluationē æternā definiet. ¶ Quare IIII
nō uſq̄quaq̄ probāda uidet illa iudicij extremi in pictura re-
præſentatio, q̄, btā uirgo Maria & S. Iohānes baptiſta effigi-
ant, flexis an̄ ſummū iudicē genibus, tanq̄ ſint oraturi in diſtri
cta illa diſcuſſione Chr̄m, pro ijs q aderūt iudicandi. Nō em̄
tūc orōni locus erit aut precibus, ſed ſeuero tantū examini, &
ferēdæ in quēq̄ pro meritis ſn̄iæ. Neq̄ deipara uirgo tūc cre
dit oratura dn̄m pro iudicādis, ſed coaſſeſſura iudici, & pari-
ter orbē terrar̄ iudicatura. Si em̄ regina Auſtri ſurget in iudi Mat. 12.
cio cōtra generationē incredulā Iudæor̄, & condēnabit eam
qdni idē faciet regina cœli, & dn̄a mūdi, ac iudicis mr̄? Cū iti Mat. 19.
dē promiſerit ſuis ap̄lis Chr̄us, q̄ ſedebūt in die iudicij ſup ſe-
des duodecim, & iudicabūt duodecim tribus Iſrael, ſanct⁹ ne
Iohannes (q̄ inter natos mulier̄, ipſius dn̄i teſtimonio, nō ſur Matth. 11.
rexit maior) illis etiā coaſſidebit, futurus tūc mūdi iudicator,
nō orator pro mūdo? Rurſum B. Paul⁹ de ſanctis dixit, q̄ an- I. Corin. 6.
gelos iudicabūt, & Sapiēs de iiſdē, q̄ iudicabūt nationes. Nū Sapien. 3.
qd illo ſanctor̄ (q iudiciariā ſortient dignitatē) numero exclu
dent baptiſta dn̄i, ſc̄tūs ab utero matris, & illa ſanctar̄ ſancta
ſacratiſſima uirgo, q̄ ſanctū ſanctor̄ mūdo protulit, ut hi duo
nō iudicādi, ſed orandi tm̄ functuri ſint ibidē officio? Certe q
in illo nouiſſimo die, ſanctor̄ emendicabūt ſuffragia, p̄ſimiles
(timeo) habebunt fatuis uirginibus, q̄ p clamorē media nocte Mat. 25.
factū de aduētu ſponſi (ut habet euāgelica parabola) excitatæ
a ſomno, petiuerūt a ſapīētibus uirginibus oleū, q̄ extinctas ſu
as lāpades ornarēt, q̄d tn̄ nō impetrarūt. Tunc em̄ tres uiri iſti
Noe, Daniel, & Iob, iuſtitia ſua liberabunt aīas ſuas, & nō li-
berabunt filios ſuos neq̄ filias, ſed ipſi ſoli liberabunt, queād-
modū dn̄s p Ezechielē denunciauit eſſe futur̄, qn̄ in terrā ali- Ecclas. 14.
quā peccatricē imiſerit famē, malas beſtias, aut gladiū ultorē,
in cui⁹ medio fuerint iuēti illi tres uiri iuſti. Cū deſudam⁹ igit
adhuc in p̄ſenti agone, & noſtrā hic agimus peregrinationē,
p̄ſunt nobis ſanctor̄ patrocinia, & pro tp̄is illius curriculo, i-
plorāda ſunt impenſius eor̄ ſuffragia. Sed aliquantiſper di-

 greſſi,

greſſi, nũc dimiſſum repetamus iter. ¶ Nec minus eccl'ia ſc̄tã,
ab oppoſito ei q mõ improbatus eſt, declinat errore, alteroq;
extremo, inficiãte ſc̄tõs in cœlo, pro nobis hic degẽtibus pre-
ces ad deũ fundere. Ipſa q̄ppe, ſedula dep̄catione, ſc̄tõs oẽs o-
rat, ut intercedere dignent pro nr̃a oimq; ſalute. Chriſtiferam
q̄q; uirginẽ & ſingulos ſc̄tõꝶ obſecrat, ut orẽt pro nob̄ ad do
minũ. Deniq; & deũ ip̄m ſupplex orat eccl'ia, ut ſc̄tõs ipſos ꝓ
nobis orãtes pro ſua benignitate exaudiat. Q̄d nequaq̄ gene
rali cõſtitutiõe & obſeruatiõe faceret aſſidue, ſi nõ haberet p-
ſuaſum atq; indubitatũ, ſc̄tõs cœleſti cõſortio aſcriptos, ꝓ no
bis adhuc in terra agẽtibus deũ orare, eoꝶq; p̄ces, ipſi deo nõ
eſſe ingratas. Media itaq; inter duos iſtos errores extremos
uia, incedẽs eccl'ia catholica, cõfitet ſanctos, ſupernæ ciuitatis
Hieruſalẽ fœliciſſimos ciues, deũ orare pro ijs q in hoc mun-
di ſtadio currunt, pœnitentiæq; locũ adhuc habent.

¶ Animas humanas q̄ nihil hñt purgãdũ, cũ primũ corpo
ribus ſolutæ ſunt, cœleſti gloria perfrui. Cap. IX

Lucæ. 6 SEd ne ſup arenã, fabricæ nr̃æ fundamẽtũ colloca-
re uideamur, q̄n poti⁹ ſupra firmã petrã, anteq̄ ad
ulteriora progrediamur, opus eſt hoc loco & diui
næ ſcripturæ teſtimonijs, ſc̄tõꝶq; patrũ authorita
tibus oñdere, aĩas ſanctoꝶ q legis euãgelicę tp̄e obdormierũt
in dño, cũ primũ uinculis corporeis abſolutę fuerint, protin⁹
ad æternæ quietis tabernacula traductas eſſe, & clara dei uiſio
ne glorificatas. Quinimo in uniuerſum, quaſcũq; aĩas hoim
poſt Chr̃i in cœlis aſcẽſionẽ, nihil in ſe hñtes expiandũ, cũ ſu-
orũ corporꝶ nexibus ſoluunt cõtinuo ad cœleſtẽ euehi gloriã
deiq; faciẽ clare cõtueri. Neq; illoꝶ eſſe aſſentiendũ ſniæ, q di
cũt ſanctaꝶ aĩaꝶ gloriã differri uſq; in cõſummationẽ ſeculi,
diẽq; extremi iudicij, q̄ rurſum ſuis uniant corporibus, ut cum
illis primũ p̄cipiãt ſuoꝶ operꝶ p̄miũ, cũ q̄bus p̄tulerũt bñ ope
randi laborẽ. Quæ ſane impia aſſertio, & ſacris lr̃is prorſus ad
uerſa, ſi admittat, protinus diſpereũt ſanctoꝶ pro nob̄ oȓones
in cœlis, interimũtq; eoꝶ ſuffragia, q̄nimo & aperit tũ fene-
ſtra huic iprobo errori, q̄ nõ ſint orãdi a nob̄ ſancti, neq; ſup-
pliciter inuocãdi. At ṽo q̄m utrũq; paulo poſt cõprobare, no
bis eſt

biſ eſt animus, ꝙ & ſancti in cœleſti glia beati, orent pro nobꝭ & ꝙ ĳdē ſint a nobis impēſius orādi, añ oia oñdendū eſt, ipſos ex q̄ corpoꝝ ſuoꝝ glebas reliquerint, participes eſſe cœleſtis gloriæ, & in cœlis beatos. Q̄d ſequētibus annitemur aſtruere rōnibus. ¶ Prima. Sancti patres tp̄e ueteris legis, pie in dño I
defuncti, cū primū exuti fuerūt corp̄e, tanſlati ſunt in requiē, utpote in ſinū Abrahæ, uti cōſtat apte ex euāgelio, de Laza-
ro delato ab angelis in placidū illud ſanctarū aiaꝝ receptacu- Lucæ. 16.
lū, ubi cōſolationis erat locus. Et illic nulla affecti pœna, moleſtiā ſenſibilē inferēte, expectabāt beatā ſpem & aduētū gliæ dei. Aequo igit iure, imo & potiore, nūc aiæ ſanctæ cū primū ſuis exuūt corporib⁹, traducunt in requiē beatitudinis æternæ, q̄nquidē nullū iā eſt impedimentū, q̄d eas remoret ab illius gloriæ introitu ac p̄ceptione ¶ Scd̄a. Propēſior eſt deus II.
ad miſerendū, q̄ ad puniendū, ut recte ſentit Auguſtinus, &
clare colligit ex illo uerbo dñi in Exodo. Ego ſum deus, uiſi- Exodi. 20.
tans iniqtatē patrū in filios, uſq; ad tertiā & quartā generationē, & faciēs miſcd̄iā ĳs q diligūt me, in milia. Atqui deus, gehēnali ſupplicio punit aīas ī pc̄tis ſuis mortuas, cū primū corporibus ſunt exutæ, ut plane liquet ex illo uerbo beati Iob, de
reprobis. Ducūt in bonis dies ſuos, & in pūcto ad iſerna deſ- Iob. 21
cē dūt, & ex teſtimonio euāgelico, de diuite epulōe, q mortu⁹
& in iſerno ſepult⁹ eē p̄hibet, flāmaq; cruciat⁹ in loco tormēto- Lucæ. 16
rū. Valētiore igit rōne, ſctās aias ſtatim poſt reſolutionē a ſuis corpib⁹ æternæ q̄etis beatitudine deus remunerat ¶ Tertia III.
rō. Chrs latroni in cruce pœnitētiā ſalutarē & fructuoſam a-
gēti, petētiq; ab eo ut ſui eēt memor, rñdit. Amen dico tibi,
hodie mecū eris in paradiſo. Q̄d hauddubie cōpletū eſt, & aīa Lucæ. 23.
illi⁹ ilico poſt ſolutionē a corp̄e, p̄cepit diuinæ uiſionis participationē, noīe paradiſi in uerbis dñi deſignatā Cū igit ſupernę gloriæ p̄ceptio nō fuerit in illo dilata uſq; ad mūdi cōſummationē, ſed ſtatim poſt ſepationē a corp̄e eidē indulta, cur (oro) in alĳs aīabus ſctis, nihil q̄d expiatione indigeat hñtibus, differet diuinæ uiſionis cōicatio uſq; in extremū iudicĳ diē & nō
protin⁹ eis, cū corp̄e exceſſerint, indulgebit. ¶ Quarta. Chrs IIII.
dominus noſter, humanigeneris redēptor eſt & ſaluator, uirtuteq; ſuæ acerbiſſimę paſſionis tulit chirographū decreti q̄d

aduerſum nos erat, & affixit illud cruci, morteq; ſua uiuifica
Coloſſ. 2. pro nobis ſatisfactoria, & effuſione ſui p̄cioſi ſanguinis, reſe-
rauit nobis portas cœli, pctō primorū parentū occluſas. Ergo
poſt illā Chri pro nobis oblationē factā in cruce, pſolutūq; no
ſtræ redēptionis præciū, amotū erat impedimentū, q̄d prius
retardauerat introitū ſanctarū aīarū in cœleſtē patriā. Quocir-
ca recluſis iā foribus regni ætherei, nihil eſt reliquum, q̄d aīas
V ſanctas & oīno mūdas remoret ab ingreſſu paradiſi. ¶ Quin-
ta. In glorioſa ſua aſcēſione, Chrs aīas ſanctorū patrū infernis
locis eductas, ſecū euexit ad cœli palacia, quēadmodū B. Pau
Epheſ. 4. lus ad Epheſeos ſcribēs, ait. Aſcendēs Chrūs in altū, captiuā
duxit captiuitatē, dedit dona hoībus. Illi igit ſancti patres, cū
Chro in cœlū traducti, facti ſunt participes æternæ gloriæ,
neq; diuinæ uiſionis fruitio in eis eſt prorogata uſq; ad extre-
mū vlis iudicij tēpus. Cur igit in alijs, q hinc ſancte & pie diſ-
cedūt nihil hñtes expurgandū, differet cœleſtis gloriæ remu
VI. neratio, in cōſummationē uſq; ſeculi? ¶ Sexta. Inter baptiſmū
& circūciſionē antiquæ legis, id aſſignat diſcriminis, q circun
ciſio, ſuo tpe nō apuit ianuā paradiſi ijs q eā rite ſuſceperūt, ſʒ
placidas tm̄ ſedes illis indulſit in ſinu Abrabæ, q̄ad pſolutum
eſſet p̄cium pro humani gñis redēptione. Baptiſmus uero a-
petit ianuā regni cœleſtis oībus, q lauacro illo regenerationis
ſunt abluti, tāta quidē efficacia, ut ſiquē poſt pceptū baptiſmū
cōtingat ex hac uita migrare, nulla deinceps cōtracta peccati
labe, is protinus euolet in cœleſtia regna, quēadmodū in ca-
nonicis ſanctionibus cap. maiores, titulo, de baptiſmo & eius
effectu, definitū eſt. Is aūt baptiſmi effectus mō dictus, nequa
q̄ locū haberet, ſi aīarū q̄ nullā hñt eluendā maculā, gloria diſ
ferret uſq; in finē mūdi. ¶ Septima. Nullus inficiabit, ſacratiſ
VII. ſimā uirginē Mariā dei matrē, cū ex hac ualle miſeriæ aſſum-
pta eſt ad æthereū thalamū, protinus gloriæ cœleſtis beatitu
dinē obtinuiſſe, & clarā dei uiſionē, qñquidē ecclia ſancta glo
rioſam eius in cœlū aſſumptionē ſolenni ueneratione quotā-
nis celebrat, & de ea reuerēter cōcinit. Exaltata eſt ſancta dei
genitrix, ſup choros angelorū ad cœleſtia regna. Quod igitur
de ipſa indubitato admittūt oēs, cur nō idē admittent de ſctis
Petro

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Petro & paulo, & aliis ꝗbuſqꝫ, ꝗ pie obdormierũt in dño: Si-
quidẽ in oibus hiſce nihil eſt piaculi, ꝗd aditũ regni cœleſtis
ipſis occludat. Eſt igit̃ idẽ, & de ꝗbuſuis aiabus ſc̃tis ſentiẽdũ.
De ſanctis identidẽ matyribus, id in eccl'ia canit̃ pconiũ. Gau
dent in cœlis aiæ ſanctorũ, ꝗ Chriſti ueſtigia ſunt ſecuti. At ꝗ̃
mõ in cœlis gaudiũ obtinẽt, ſi necdũ admittunt̃ ad dei uiſionẽ
ſed illius exptes ad ſinẽ uſqꝫ mũdi degunt: ¶ Octaua. Angeli VIII.
ſancti, puerorũ in Chr̃m credẽtiũ cuſtodes, iugiter obtinent
clarã dei uiſionẽ in cœlis, ſcd̃m illud ꝟbũ dñi in euãgelio. An
geli eorũ ſp uidẽt faciẽ pr̃is ueſtri, ꝗ in cœlis eſt. Atq ſancri ꝗ Mat. 18
pie in Chr̃o uixerunt, ꝓ bonoꝝ operũ ſtudiũ aſſumpti ſunt ad
ſacros angelorũ ordines, aut inferioꝝ, aut ſupioꝝ pro añ actę
uitæ qualitate ac cõditione. Igit̃ ſanctæ animæ poſt reſolutio
nẽ a corpibus ſuis, ſtatim etiã uident faciẽ patris cœleſtis, abſ- IX.
qꝫ ulla gloriæ procraſtinatione. ¶ Nona. Btũs Paulus ad Phi Philip. I
lippenſes ſcribẽs, dicit ſe cupere diſſolui & eſſe cũ Chr̃o. Diſ-
ſolui quidẽ, ꝑ animæ a corpe ſeparationẽ, & eſſe cũ Chr̃o, per
gloriæ cœleſtis paticipationẽ. Qui aũt id cuperet, niſi animæ
ſanctorũ poſt diſſolutionẽ a corpore, ſtatim Chr̃o in gl'ia con
iungerent: Idẽ etiã, in ſecũda ad Corint. ep'la dicit. Scientes ꝙ 2. Corin. 5
dũ ſumus in hoc corpore, ꝑegrinamur a dño, ꝑ fidẽ enĩ ambu
lamus, & nõ ꝑ ſpeciẽ. Audemus aũt, & bonã uoluntatẽ habe
mus, magis ꝑegrinari a corpore, & p̃ſentes eſſe ad dñm, & ido
cõtendimus ſiue abſentes ſiue p̃ſentes, placere illi. Nõ autem
uellet illud ap'lus, ꝗd ſecundũ cõſtitutã dei legẽ, fieri minime
poſſet. Animæ igit̃ ſanctoꝝ, diſſolutæ carcere corporis, & ꝑ-
egrinant̃ a corpore, & p̃ſentes ſunt ad dñm, facie ad faciẽ eum
cõtemplãtes, & iã ſecũdũ ſpeciẽ beati. ¶ Decima. Animę ſan X
ctoꝝ, interfectoꝝ propter uerbũ dei, in ſacra uiſione cõſpectę Apoca. 6.
ſub altari, cũ expeterẽt a deo iuſtitiã exerceri in ſuos ꝑſecuto-
res, acceperũt diuinũ r̃nſum, ꝙ requieſcerẽt adhuc tẽpus mo
dicũ, donec cõpleant̃ cõſerui & fratres eoꝝ. Et datę ſunt illis
ſingulæ ſtolæ albæ, ꝗ̃ ſignificãt fœlicitatẽ & requiẽ aiaꝝ ĩ glo
ria cœleſti, ſeparataꝝ adhuc a ſuis corporibus. In extremo ue
ro iudicio alterã recipient ſtolã, utpote gloriã corporis, ꝗñ in Eſaiæ. 61
terra ſua (ut ait propheta) duplicia poſſidebũt. Igit̃ aiæ btõꝝ,

 in ſuper-

in ſupna ciuitate Hieruſalē nunc ſtola gloriæ ſunt indutæ, &
Apoca.14 ad diuinæ uiſionis ſpectaculū admiſſæ. Q̄d etiā oſtendit uox
illa, cœlo delapſa. Beati mortui, q in dño moriunt. Amodo
iā dicit ſpūs, ut requieſcāt a laboribus ſuis. Opera em̄ illoꝝ, ſe
quunt illos. Q̄uo aūt a laboribus ſuis requieſcerēt aīæ, in dño
mortuæ, ſi nō eſſent aſſecutæ requiē illā, q̄ eſt in clara dei uiſi-
XI. Auguſtinus one? ¶ Vndecima rō. B. Auguſtinus in libro de diffinitioni-
bus orthodoxę fidei & eccleſiaſticis dogmatibus, cap. quadra
geſimoſecūdo, eandē aſtruit ſniam dicēs. Poſt aſcēſionē dñi
ad cœlos, oīm ſanctoꝝ aīæ, cū Chr̄o ſunt, & exeuntes de cor-
pore, ad Chriſtū uadunt, expectātes reſurrectionē corpis ſui,
ut ad integrā & perpetuā beatitudinē, cū ipſo pariter īmuten
tur. Sicut & peccatoꝝ aīæ, in inferno ſub timore poſitæ, ex-
Idem. pectāt reſurrectionē ſui corpis, ut cū ipſo ad pœnā cōuertant
æternā. Hæc ille. Quid rogo p̄t hoc teſtimonio dari aptius?
Idē q̄q; in libro meditationū, cap. 23. loquēs ad ſc̄tōs de deo,
ait. Per ip̄m uos rogo, de cuius pulchritudine iā ſatiamini, de
cuius beatiſſima uiſione ſemp gaudetis. Sola aūt clara dei uiſio
cū intētiſſimo amoris ardore, aīas beatas ſatiat, ſc̄dm illud pro-
XII Pſal. 16 phetæ uerbū. Satiabor, cū apparuerit glīa tua. ¶ Duodecima
B. Ambroſius in libro de bono mortis, eidē cōſonat ſniæ, cū
Ambroſius inqt. Animę purgatę, poſt corpoꝝ clauſtrū, uiſione ſpūali (q̄
eſt p ſpeciē) uidēt deū. Viſio aūt p ſpeciē, ea eſt, q̄ ab ap̄lo no-
I. Corin. 13 minat uiſio q̄ fit facie ad faciē, cōprehēdens atq; cōplectēs p̄-
Bernardus cipuū gloriæ cœleſtis portionē. Demū S. Bernardus in ſer-
Malachias mone de ſancto Malachia ep̄o Hiberniæ, apud Clarāuallem
uita defuncto, interrogās primū, ait. Nunqd nō uiuit aīa ſci-
licet Malachiæ, deinde reſpondēs ſubnectit. Vtiq;, & beate.
Mox ad eū uerba conuertens, ſubijcit. Nec iā in fide ambu-
las, ſed in ſpecie regnas. In ſpecie aūt regnare, eſt facie ad faciē
deū uidere. Demū alias multas authoritates ac rōnes, ad ean-
dē facientes rē, affert copioſe ac ubertim eximius uir ac p̄cla-
rus Gabriel Biel, in lectione ſexageſimaſeptima
ſuæ expoſitionis ſuper canone miſſæ,
ubi eandē materiam diffuſe
pertractat.

## ¶ Q̃ ſancti in cœlo glorioſi, pro nobis hic agẽtibus orent deũ, multis rõnibus oſtendi. Cap. X.

AT uero nũc rõnibus pariter & ſcripturæ teſtimo-
nijs operæpciũ eſt patefacere, q̃ ſcti ipſi, curię cœ-
leſtis incolę, orẽt pro hoibus in hac pegrinatione
adhuc cõſiſtẽtib⁹. Et rationũ qdem prima ſit hæc.
¶ Planũ eſt oibus & receptũ, ut reor, ſctõs uiros hãc adhuc ui I
tã ducẽtes, pro alijs etiã uiuẽtibus ſæpius oraſſe deũ, & q̃tidie
etiã utilitet atq; efficaciter orare, ſecũdũ illud B. Iacobi uerbũ
Orate pro inuicẽ ut ſaluemini, multũ em̃ ualet depcatio iuſti Iacobi. 5
aſſidua. Btũs itẽ Paulus ad Timotheũ ſcribẽs, expoſcit primũ I. Timo. 2
orones, obſecratiões, petitiões, & gratiaꝶ actiones fieri ꝑ re-
gibus, principib⁹, & oibus q in ſublimitate ſunt cõſtituti. Nõ
ne & caput nr̃m Chr̃s in cruce pẽdẽs, ſecundũ propheticũ o-
raculũ pro tranſgreſſoribus orauit, ut nõ periret, & exauditus Eſaiæ. 53
eſt pro reuerẽtia ſua? Qui em̃ ſpectaculo illi affuerant, uiſis in Hebræ. 5
morte eius inſolitis ſignis, ꝑcutiẽtes pectora ſua (ut ſcribit Lu Lucæ. 23
cas) reuertebant. Idẽ etiã orãdi formã nobis p̃ſcribẽs, pro alijs
ut oremus docuit, cũ nõ queq; pro ſeipſo ſingulatim, ſed pro Mat. 6.
oibus cõmuniter orare inſtituit, ꝑ dictiones pluralitatẽ deſig-
nãtes, hoc mõ. Pr̃ nr̃ q es in cœlis, panẽ noſtrũ q̃tidianũ da no
bis hodie, & dimitte nobis debita nr̃a, ſicut & nos dimittimus
debitoribus nr̃is, & ne nos inducas in tentationem, ſed libera
nos a malo. Amẽ. Sed qd antiq̃s patres, Abrahã, Iſaac, Iacob
Moyſen, & Aaron referã? qd ſanctos prophetas, Samuelem
Eſaiã, Hieremiã, & cæteros cõmemorẽ? q pro alijs ſedulo o-
raſſe legunt, & ſalutaria illis a deo bñficia ipetraſſe, quẽadmo
dũ ſacra ueteris inſtituti abũde teſtat historia. Atq ſcti ipi cor
poreis abſoluti uinculis & nũc aſſiſtẽtes añ cõſpectũ dei, neq̃-
q̃ deteriore ſunt cõditione ut p̃ces pro nobis deo fundant, &
ab eo exaudiant, q̃ fuerãt, qñ adhuc in huius mũdi tenebãtur
ergaſtulo, imo lõge meliore & cõmodiore, quemadmodũ ſe-
quẽtes oſtẽdent rõnes. Igit & ipſi ſancti, nunc orant in cœlo
pro nobis. Secũda rõ. ¶ Sancti adhuc in carne cõſtituti, infir- II
mitatibus aiæ & affectibus erãt obnoxij, mutabilitatiq; de bo
no in malũ ſubiecti, & proiñ de ſua ſalute cõſequẽda nõ paꝶ

adhuc ſoliciti. Nunc uero cõſtituti ciues & domeſtici dei, cõ-
ualuerũt ab omni infirmitate ſpũs, nõ amplius in malũ demu-
tabiles, & iã de ſua beatitudine ſecuri, quẽadmodũ B. Augu-
Auguſtinus ſtinus in libro ſuaꝝ meditationũ, cap. 23. in pia orõne quã ad
ſanctos in ſpũ deuotionis dirigit, ꝓhibet dicens. Fœlices ſan-
cti dei oẽs, q̃ trãſiſtis huius mortalitatis pelagus, & peruenire
meruiſtis ad portũ ꝑpetuæ quietis, ſecuritatis & pacis, ſecuri
& tranquilli, ſempq́ꝫ feſtiui atq́ꝫ gaudentes eſtis. Obſecro uos
ꝑ patris charitatẽ, qui ſecuri eſtis de uobis, ſoliciti eſtote de no
bis. Securi eſtis de ueſtra immarceſſibili gloria, ſoliciti eſtote
de nr̃a multiplici miſeria. Et cætera in cõſimilẽ ſnĩam cõſequẽ
tia, q̃ mira animi dulcedine ſyncæritateq́ꝫ proſequit̃, & demũ
ita cõcludit in calce. Orate dñm, orate ꝑꝫſſimi, orate oĩa agmi
na ſanctoꝝ, & uniuerſi cœtus beatoꝝ, ut ueſtris p̃cibus meri-
tiſq́ꝫ adiuti, ſalua naue & integris mercibus peruenire merea-
mur ad portũ æternæ ſalutis & quietis, & continuæ pacis, &
nunq̃ finiẽdæ ſecuritatis. Si igit̃ hoc in mũdo pro alijs orarũt
ſancti, nõne fortiores iã facti & beatiores, ualentiore iure idẽ
III p̃ſtabunt munus, iã in cœlo glorioſi? ¶ Tertia. Cũ adhuc con
ſiſterent in hac ualle miſeriæ ſancti, nõ oĩno fuerũt immunes
peccati, ſed huius uiæ lutulẽtæ puluere, pedes habuerunt ali-
I. Iohan. I quãtulũ cõſperſos, dicẽte dilecto Chr̃i diſcipulo, in prima ſua
ep̃la canonica. Si dixerimus qͣ pctm̃ nõ habemus, noſipſos
Prouer. 20. ſeducimus, & ueritas in nobis nõ eſt. Cui aſtipulat̃ & Sapiens
in prouerbijs dicẽs. Quis p̃t dicere, mũdũ eſt cor meũ, purus
ſum a pctõ? Nũc uero pacto uiæ hui⁹ ſtadio, ſine macula ſunt
añ thronũ dei, nõ ſolũ omni labe peccati prorſus liberi, ſed &
certi ꝙ ampli⁹ nõ poterũt ulla ſorde iniquitatis inquinari. Cũ
igit̃ orauerint deũ ſancti in hac uita pro alijs, q̃ñ preces eoꝝ ui
debant̃ minus eẽ debere gratæ deo ob culpã cõtractã, cur nõ
potius nũc eundẽ orant, oĩno mũdi & ſancti, deoq́ꝫ acceptio-
IIII. res? ¶ Quarta. Quæ pro alijs orõ fundit̃ deo, ex ſyncæritate
charitatis emanat, & dilectionis in proximũ. Vbi igit̃ maior
fuerit charitas atq́ꝫ ardẽtior, eſt & orõ pro alioꝝ ſalute diligẽ
tior. At ſancti in æternæ beatitudinis requie, ſyncæriorẽ hñt
& feruentiorẽ in nos hic uiuentes, charitatẽ, q̃ habuerint ad-

huc car-

huc carne mortali detenti, & qn̄ terrena inhabitatio deprime
bat eorū ſenſum multa cogitãtē, qn̄quidē ſecundū apl̄i ſniam Sapien. 9
charitas nō excidit, quinimo reddit᷑ auctior, & ꝑficit᷑ in patria
fœlicitatis æternæ. Quis ergo dubitauerit, ſanctos ill'c flagrã I. Corin. 13.
tiſſima charitatis flãma ſucceſos, etiã nr̄i apud deū eſſe in ſuis V
orōnibus memores? ¶ Quinta. Sancti cū deo regnãtes, mem
bra ſunt corporis Chr̄i, & ꝑfectiore quidē rōne, q̄ prius fue-
rant, nã capiti Chr̄o inſeparabil'r cōiuncti, nunq̄ ab eius cor-
pore poterunt diuelli. Debēt aūt unius corporis mēbra, pro I. Corin. 12.
ſe inuicē eſſe ſolicita, potiſſimū ſana pro infirmis, & ſolida ꝓ
inualidis. Nos itidē in ſalo huius uitæ procelloſis agitati flu-
ctibus, etiã ſumus eiuſdē corporis mēbra, ſed opis medicæ in-
digētia, ægrota, & ualitudinaria. Ipſi igit᷑ nr̄æ cōſcij fragilita-
tis, cuius in ſe fecerūt periculū, pro nobis ſolicitudinē gerunt
ut demū inſeramur indimobil'r eidē corpori Chr̄i, atq; ad id
impetrãdū, ſuis nos precibus apud deū adiuuãt ¶ Sexta. Quã- VI.
to maior cū principe familiaritas habet᷑ & neceſſitudo, tanto
amplior ſuggerit᷑ fiducia ad aliq̄d ab eo poſtulãdū. Facit em̄
hm̄ōi arctior cōſuetudo, ut audētior quiſpiã accedat cōſpectū
regis, quippiã ab eodē petiturus. At ſancti dei, in regno cœ-
leſti nūc maioris ſunt authoritatis & poteſtatis, q̄ fuerãt i ter-
ra, nū identidē ſunt deo propinquiores atq; magis familiares
Iã em̄ cōciues ſunt eius & domeſtici, ab exilio in patriã ciuita
tēq; ſanctã traducti, nūc itidē aſciti ſunt in dei hereditatē & ſo
cietatē, nūc deniq; ꝑpetua illi amicitia (q̄ nunq̄ ſoluet᷑) cōiun-
cti. Ergo potiore rōne etiã nūc orant pro nobis, ut demū ſoci
etati eorū fœliciter cōiungamur. ¶ Septima rō. Si dux belli VII.
multis rebus p̄clare geſtis & hoſtibus propemodū deuictis,
adhuc tn̄ in ipſius belli procinctu cōſtitutus, qa necdū eſt de-
bellatū, aliq̄d a rege (cui militat) munus poſtulat pro amico,
& obtinet, nōne idē plena potitus uictoria, cōfectoq; bello, tri
umphali laurea coronatus, fidentius ab eodē ſuo rege poſtula
bit quippiã pro amico ſuo, & obtinebit? Fidentius reuera, nã
parta oīno uictoria, eū reddidit ipſi regi gratiorē & acceptio-
rē. At uero ſancti, in cōflictu p̄ſentis uitæ cōſtituti, & bonum
adhuc certamen certãtes, poſtularūt a rege deo (cui ſuã deuo-

uerāt militiā) munera gratiaꝝ pro aliȷs, & ea cōſecuti ſunt. Igi
tur nūc profligatis oīno hoſtibus, uictriceq; corona caput ad-
ornati, poſtq; celebres ex proſtratis inimicis triūphos, & libe
rius pro nobis poſcūt a deo dona, ſaluti nr̄æ accōmoda, & ea
facilius impetrant. Quocirca & nunc ſancti, in cœlis glorioſe
coronati, deum pro nobis orant.

¶ Autoritate ueteris ac noui teſtamēti, ſimul & ſctoꝝ patrū,
monſtrari, ꝙ ſancti in cœlis orēt pro nobis. Cap. XI.

NVnc aūt reliquū eſt, teſtimoniȷs ſacræ ſcripturæ,
eccl'iaſticorūq; ſcriptorū receptiſſimæ apud oēs au
thoritatis, oñdere, ꝙ ſcti in cœlis deo cōregnātes,
I pro nobis oīones ad eū fundant. ¶ Et primū quidē
ex ueteris inſtrumēti pagina id cōſtat, ubi dn̄s ad Hieremiam
Hiere. ȷ5 ait. Si ſteterint Moyſes & Samuel corā me, nō eſt aīa mea ad
ppl'm iſtū. Id aūt nequaq̄ diceret de eis pro illo tp̄e, q̄ in placi-
do Abrahę ſinu qeuerūt duo illi ſcti p̄res, ſi & tūc nō eēnt o-
rare ſoliti, aut orare nō poſſent pro uiuētibus. Quēadmodum
nec apte qs dixerit, ꝙ ſi ſol & luna orarēt dn̄m pro ppl'o, non
exaudirent ab eo, qm̄ inanima illa corpa, nō p̄nt unq̄ id mun⁹
oīonis cuiq̄ p̄ſtare. Quare ex illis uerbis īſinuat apte dn̄s, ſan
ctos illos uiros in trāquillo illo aīaꝝ receptaculo pro aliȷs ro-
II gare poſſe, aut id facere ſolitos eſſe. ¶ Præterea, In ſcd'o libro
2. Machab. ȷ5 Machabæoꝝ ſcribit Onias ſumm⁹ Iudæoꝝ ſacerdos, uir uir-
tute ſpectabilis, tū uita defunct⁹, apparuiſſe Iudæ Machabęo
man⁹ protēdēs & orās pro oīni ppl'o Iudęoꝝ. Viſus eſt ſimul
& alter, admirāda gl'ia decor⁹, ipſi Oniæ in ſacro illo ſpectacu
lo ſoci⁹, de q̄ ait Onias ad Iudā. Hic eſt fratrū amator, & ppl'i
Iſrael, hic eſt q multū orat pro ppl'o, & uniuerſa ſctā ciuitate,
Ibidem Hieremias propheta dei, q tū ſctūs dn̄i propheta, lōgo an̄ tp̄e
obdormiuerat in dn̄o. Vtriuſq; aūt hoꝝ pie defunctoꝝ orati-
onē nō fuiſſe tū inanē, id liqdo prodit, q̄d ilico ſubnectit, ut-
pote ꝙ extēderit Hieremias dexterā, dederitq; Iudæ gladium
aureū, dicēs. Accipe ſanctū gladiū, munus a deo, in q̄ deȷci-
es aduerſarios ppl'i mei Iſrael. Orāt igit ſcti corpe exuti ꝑ no-
III. bis, & exaudiunt a deo. ¶ Rurſum. Angelus Raphael aperi-
ens ſacramētū diuinæ benignitatis, circa utrūq; Tobiā angeli

co miniſterio exhibitæ, dixit ad Tobiã ſeniorẽ. Qñ orabas cũ Tobiæ. 12
lachrymis & ſepeliebas mortuos, & relinq̃bas prandiũ tuũ, &
mortuos abſcondebas ꝑ diẽ in domo tua, & nocte ſepeliebas
eos, ego obtuli orationẽ tuã dño. Ea aũt orationũ noſtrarꝫ ob
latio, q̃ a ſanctis illis ſpiritibus angelicis fit deo, nõne etiã com
mẽdatoria eſt earꝫ, & ſupplicatoria pro nobis añ cõſpectũ di-
uinæ maieſtatis, ut digneť eas habere acceptas & gratas, & q̊d
illis deeſt, benigniter ſupplere? Itaq; cœleſtes illi ꝓ nobis ex-
cubitotes q nunq̃ dormiũt, & cuſtodes nrĩ ſeduli, nræq; ſalu-
tis amãtiſſimi, illa nrarꝫ orationũ añ dei cõſpectũ oblatione, in IIII
ſinuanť etiã ſolicite pro nobis orare. ¶ Ad hæc. In pſalmo. 31 Pſalm̃ 31
dicit propheta ad dñm. Pro hac orabit ad te oĩs ſctũs, in tpe
oportuno. Vbi ſignificat, pro iniuſtitia hoĩm remittẽda, om-
nẽ ſanctũ oraturꝫ, cũ tẽpeſtiua fuerit hora, tẽpus ſcilicet uitę p̃
ſentis, tẽpus pœnitẽtiæ & reſipiſcẽtiæ. Q, ſi oĩs ſctũs eſt ora
turus pro aliena iniuſtitia, certe & ſancti in ſinu Abrahæ tunc
quieti, & nũc in ęterna requie gaudẽtes, orãt pro iniuſtitia no
ſtra ipſorꝫ, q adhuc detinemur in iſto probationis nræ ſtadio.
Quãdiu eñ hic cõſiſtimus, oportunũ eſt tẽpus, ut alij & potiſ V
ſimũ ſancti, orẽt pro nobis deũ. ¶ Ex nouo uero teſtamento, Iohan. 14
apta eiuſdẽ rei hñť teſtimonia, & primũ de Chr̃o (qui eſt ſctũs
ſctõrꝫ) apđ Iohãnẽ diſcipulis ſuis dicẽte. Ego rogabo patrem
& aliũ paracletũ dabit uobis Qđ iã trãſiturus ex hoc mũdo ad
patrẽ, dixit, atq; poſt glorioſam ſuã aſcẽſionẽ, idẽ expleuit ꝓ-
miſſum. De eodẽ & Paulus ad Romanos ſcribit, ꝗ etiã inter- Roma. 8
pellat pro nobis. Et ad Hebręos, ꝗ eſt accedẽs ꝑ ſemetipſum Hebræ. 7.
ad deũ, ſemꝑ uiuẽs, ad interpellandũ pro nobis. Demũ Iohã-
nes in prima ſua epiſtola. Sed & ſi q̃s peccauerit, aduocatũ ha I. Iohan. 2
bemus apđ patrẽ, Ieſum Chr̃m iuſtũ, & ipſe eſt propiciatio ꝓ
peccatis noſtris. Cũ igitur Chriſtus quatenus homo, oreť pro
nobis (nã quatenus deus, nras facilis admittit preces, & eorꝫ q
pro nobis orant, ueniãq; ſupplicibus largiť & grãm) nõne idẽ
præſtant & ſancti, imitatores tantæ in nos benignitatis eius?
Si noſtrũ caput in cœlis orat pro nobis, qđni idẽ facient & eiꝰ
mẽbra, iã capiti illi indiſſepara biľr unita? ¶ Cæterũ, & idem VI
in membris locum habere, iam ex ſcriptura depromamus.

Cum

Cum mulier Chananea a finibus Tyri, & Sidonis egreſſa,
Mat.15 clamaret poſt dñm, ut ſanaret filiã eius uexatã a dæmonio, ei⁹
importunitate ꝑmoti diſcipuli, dixerũt ad eũ. Dimitte eã, qa
clamat poſt nos. Quid aũt idiꝑm, ꝙ diſcipuli rogarũt dñm ut
eã exaudiret, dimitteretq; exauditã, nobis indicat? Certe ſan-
ctoꝝ benignitatẽ, pro nr̃a ſalute apud deũ cõtinue intercedẽ-
tiũ, obnixeq; petentiũ, ut & nos, ad deũ & ad eoꝝ patrocinia
VII ſedulo clamãtes, dimittat uoti cõpotes. ¶ Ad hæc. In parabo
Lucæ.13 la de ficulnea ſterili, apud Lucã deſcripta, cũ paterfamilias di-
xiſſet ad cultorẽ uineę, ꝙ arborẽ illã iã tres annos infertilẽ ſuc
cideret, r̃ndit illi cultor eius. Dñe, dimitte illã & hoc anno, uſ
q; dũ fodiã circa illã, & mittã ſtercora. Sane ficus illa, nos pec
catores ſignat in myſterio, ſteriles admodũ & bonoꝝ operũ
uacuos, dignoſq; ſuccidi ſeueritate diuinæ iuſtitiæ, ut mitta-
mur in gehennã ignis. Cultor aũt uineæ, ſancti ſunt habitan
tes in domo dñi, & angeli ꝑſides nr̃i, q rigorẽ diuinæ cẽſuræ
tẽperãt ſuis ꝑcibus, orantq; deũ ſupplices, ut adhuc det nobis
VIII. tẽpus pœnitẽtiæ, ꝗ uitã noſtrã emendemus in melius, atq; re
Lucæ.6 ſipiſcamus ¶ Inſup, dñs apud Lucã exhortans nos ad eleemo
ſynã in alios erogandã, ait. Date, & dabit uobis, menſurã bo
nã & cõfertã, & coagitatã, & ſupeffluentẽ, dabũt in ſinũ vr̃m
At ꝗ mõ ĳ q hic pauperẽ degunt uitã, hmõi menſurã tã cumu
latã nobis repẽdẽt? eo certe mõ, ꝙ ad cœleſtia regna hinc trãſ
lati & illic diuites effecti, ſuffragĳs & interceſſionibus apđ de
um, abũde terrena bñficia in ſe collocata cõpenſabunt, orãtes
dñm pro ſalute bñfactoꝝ ſuoꝝ, eiſq; ueniã peccatoꝝ & grãm
impetrantes. Orant igit beati, cœleſtis curiæ ciues pro nobis
IX ¶ Adde, ꝙ apđ eũdẽ euãgeliſtã ĩ alio loco, dñs ad eãdẽ nos
Lucæ.16 uirtutẽ & opus eius exhortãs, ait. Facite uobis amicos de mã-
mone iniquitatis, ut recipiant uos in æterna tabernacula. Sed
nunqđ pauperꝝ (ꝗs hic nobis amicos facimus, ſubleuãtes eoꝝ
inopiã, nr̃aꝝ diuitiaꝝ erogatione) munus eſt, nos recipere in
domos cœleſtes & atria paradiſi? Nõne id, ſolius dei eſt, ad-
Sapient.11 mittere inquã defunctos hac uita, in ęterna tabernacula? Sane
illud, dei primũ eſt munus, q uitæ & mortis habet imperium
Sed & nr̃is ſubleuati opibus, in æterna nos tabernacula recipe

re dicũt

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

re dicunt, qm̄ ſuis apud deū p̄cibus nos iuuant, ut demū bea-
toꝝ cōſortio inſeramus. Memores nanq; acceptoꝝ a nobis bñ
ficioꝝ, ac minime ingrati, deū orant aſſidue, ut pro collatis in
ipſos eleemoſynis, repēdat nobis habitacula regni cœleſtis, at
q; pro tēporalibus æterna, pro perituris ꝑpetua, deniq; ꝓ ca-
ducis ac tranſitorijs, ſempiterno euo ꝑmanſura nobis bona re- X
tribuat. ¶ Demū, diues ille epulo flāmis gehennalibus crucia Lucæ. 16
tus, legit in Luca petiuiſſe ab Abrahā, q; mitteret Lazarus ad
domū patris ſui, nunciatū fratribus ſuis, ut pœnitētiā agerent
& nō uenirēt ad locū illū tormētoꝝ. Habuiſſe igit uidet ille,
aliqd boni affectus ad ſuos, ne in eandē inciderēt dānationem
(q̄uis & id feciſſe cenſeat a multis, ne eoꝝ q̊q; dānatione, & p̄
ſentia apud inferos ſu' augeret cruciatus) optaſſeq; illis bonū,
q; pœnitētiā agerēt. Q; ſi is q ꝑpetuo addictus erat gehēnæ
ſupplicio, alijs potuit optare bonū & petere, multo ualentius
aiæ beatoꝝ, ſemꝑ bonū alijs & ſolū bonū imprecant, deūq; in
tentius orant, ut q̊d optāt alijs bonū, ipſis elargiat. Perſpicuū
eſt igit, ſanctos in cœlo btōs, orare pro nobis. ¶ Rurſum in ſa
cra Apocalypſi deſcribunt uigintiq̄tuor ſeniores procidētes XI
corā agno, hñtes ſinguli cytharas, & phialas aureas plenas Apoca. 5
odoramentoꝝ, q̄ ſunt orōnes ſanctoꝝ. Et in alio eiuſdē libri
loco, angelo ſtāti añ altare & hñti turibulū aureū dicunt fuiſ- Apoca. 8
ſe data incēſa multa, ut daret de orōnibus ſanctoꝝ oīm ſup au
reū altare, q̊d eſt añ thronū dei. Et aſcēdit fumus incenſoꝝ de
orōnibus ſctōꝝ, de manu angeli corā deo Ecce iā tertio noīa-
tas, in illo ſctārū reuelationū ac uiſionū myſticaꝝ, libro orō-
nes ſanctoꝝ. Quas nō recte qs intellexerit, eſſe tm̄ orōnes ho
minū, hic pie & ſancte uiuentiū, nā illi, nō totū cōplent ſctōꝝ
oīm numeꝝ, qñquidē p̄ter illos, & ij q cœleſtia tenēt regna,
in numero etiā ſanctoꝝ hñdi ſunt, imo potius, q̄ agentes ad-
huc p̄ſentē uitā, ut q a ſanctitatis integritate nunq̄ ampli' de-
cidere pñt, q̊d in uiuentibus locū nō habet. Cū igit in loco ſu
pradicto, ſanctoꝝ oīm orōnes cōmemorauerit B. Iohannes,
conſtat utiq;, & ſanctos ipſos æthereis ſedibus receptos, deo
orōnes pro nobis fundere, qñquidē nequaq̄ indigent, ut pro
ſeipſis deū orent. ¶ Poſtremū authoritatibus ſanctoꝝ patrū, XII

 idem

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

idē facile cōprobat, ut beati Auguſtini dicentis in ope de uer
bis apoſtoli. Iniuria eſt pro martyre in eccl'ia orare, cuius debe
mus orationibus cōmendari. Et iter͛ idē, loquens de moritu-
ro in cōſummatione ſeculi & tunc purgādo, inquit. Aeſtimo
eū quaſi per ignē tranſeuntē, ſaluari meritis & interceſſionib⁹
cœleſtis eccl'iæ, quæ pto fidelibus ſemp intercedit, donec im-
Bernardus pleat Chrūs in eis. Accedit illi & Bernardus, in ſermone de
uigilia apoſtolor͛ Petri & Pauli dicens. Qui potēs erat ī ter-
ra, potētior eſt in cœlis, an̄ faciē dn̄i dei ſui. Si eīn dū adhuc ui
ueret, miſertus eſt peccatoribus & orauit pro eis, nūc tāto am
plius, q̄to uerius cognoſcit miſerias nr̄as, orat pro nobis patrē
qa illa beata patria charitatē eius nō minuit, ſed augmentauit
Cap. 7 Eo etiā tendit Hieronymus ſupra adductus cōtra Vigilātiū,
Hieronymus. exēploq; beati Stephani, Moyſi, & Pauli oñdens, ſanctos in
cœlis intercedere pro nobis. Opoſum ſane foret & pene ſup-
uacuū, Ambroſii, Gregorij, Chryſo. cæteror͛q; ſctōr͛ patrū
authoritates eādē fulciētes ſn̄iam ī p̄ntia afferre. Neq; neceſſa
riū id nūc uiſum eſt, qm̄ ſiquibus fuerit cordi eas cognoſcere,
diligenti libror͛ ipſor͛ lectione, illas habebunt obuias. Prop-
terea ab his ſupſedentes, ad alia properamus.

¶ Q; ſancti ſint a nobis orādi, multiplici rōne, & ſcripturæ etiā ſanctæ, teſtimonio oſtendi. Cap. XII.

CVm multifariā ſit iā monſtratū, ſanctos ipſos pro
nobis orare deū, reliquū eſt nunc oſtendere, id rō-
ni admodū eſſe cōſonū, & utile nr̄æ ſaluti, q̄ ſctōs
ipſos ſedulo oremus, ut ipſi apud dn̄m intercedant
¶ pro nobis. ¶ Et primo quidē, qm̄ in ueteris teſtamenti pagina
p̄hibet ſæpenumero dn̄s, ſe uiuentibus cōtuliſſe aut collatur͛
eſſe beneficia, ob defunctor͛ patrū ſanctimoniā & bonitatem
Gene, 26 Vt cū in Geneſi dicit dn̄s ad Iſaac. Multiplicabo ſemen tuū
ſicut ſtellas cœli, daboq; poſteris tuis uniuerſas regiones has,
eo q̄ obedierit Abrahā uoci meæ, & cuſtodierit mādata ac
p̄cepta mea, & cæremonias legeſq; ſeruauerit. Et paulo poſt.
Noli metuere, qa tecū ſum, bn̄dicāq; tibi propter ſeruū meū
Abrahā Rurſum cū pp̄lo Iſraelitico exhibiturus erat dn̄s bn̄-
Exodi. 3. ficiū liberationis ex Aegypto per Moyſen, ſe deū Abrahā,

Iſaac,

Iſaac, & Iacob denominauit, inſinuans ſe iſ͞m, illoꝝ ſanctorũ
patrũ cõtemplatione, & iuramẽti illis facti, collaturꝝ id mun⁹
ipſoꝝ poſteritati. Ad Salomonẽ q̄q; p̄uaricatũ dei mandata,
ob inſanũ amorẽ mulieꝝ, legit̃ dixiſſe dñs. Scindã regnũ tuũ, 3. Reg. 11.
& dabo illud ſeruo tuo, uerũtamen in diebus tuis nõ faciã illd̃
propter Dauid patrẽ tuũ, de manu filij tui ſcindã illud, nec to
tũ regnũ auferã, ſed tribũ unã dabo filio tuo, propter Dauid
ſeruũ meũ, & Hieruſalẽ quã elegi. Demũ cũ Ezechias diuinũ
imploraret auxiliũ, cõtra mortis inſtãtis & iã ſibi denunciatæ,
periculũ, audiuit hoc diuinũ ex ore prophetico rñſum. Prote 4. Reg. 20.
gã urbẽ hanc & ſaluabo eã, propter me, & propter Dauid ſer
uũ meũ Cũ itaq; ob antiquos añ legẽ & ſub lege ueteri patres
deus p̄ſtitit bñficia in pp̄los, profecto ob eos q in euãgelica le
ge uirtutibus excellenter effloruerũt, nõ minora & ante cõtu
lit & poſtea collaturus eſt bñficia, uiuentibus, q̄ nõ minoris
ſint ſanctimoniæ, claritudinis & p̄ſtantiæ, q̄ illi. Sunt igit̃ o-
rãdi a nobis ſancti, ut eoꝝ p̄cibus, hmõi bñficia ſpũlia largius
a dño cõſequamur. ¶ Præterta. Diſcipulis ſuis in terra ſecum 11.
diuerſantibus, dedit dñs poteſtatẽ ſup oĩa dæmonia, & ut lan Lucæ. 9
guores curarẽt, dicẽs illis inter cætera. Infirmos curate, dæmo
nes eijcite. Et alio in loco. Amen amẽ dico uobis, q credit in Mat. 10
me, opera q̄ ego facio, & ipſe faciet, & maiora hoꝝ faciet. Et Iohan. 14
hãc acceptã a dño poteſtatẽ, executi ſunt ap̄li, etiã añ tp̄s dñi-
cæ paſſionis, euãgelizãtes & curãtes ubiq;. Sed nunqd credẽ
dũ eſt, poſtq̄ corpe exuti ſunt, ademptã illis eẽ eã poteſtatem: Lucæ. 9
eoſq; nũc minime poſſe miracula opari, in ſubſidiũ eoꝝ q ip-
ſos inuocauerint? Eſſet reuera tũc p reſolutionẽ a corpe, facta
deterior eoꝝ cõditio, minuſq; nũc poſſent, q̄ prius poterant.
Qũo igit̃ cõfortatus eſſet eoꝝ principatus, ut ait propheta in
pſalmo, de illis dei amicis, & nõ potius imminutus ac debilita Pſal. 138.
tus? Nõne etiã legimus, ad tactũ ueſtimẽtoꝝ Chri, ſanatos eẽ
q̄ plurimos ægrotos? Quid aũt deſignat fimbria ueſtimẽtorũ Mat. 14
Chri? recte ne ſctõs ipos etiã rep̄ſentat, Chro q̄ſi ueſtimẽtum
circũpoſitos, & eidẽ adiacẽtes, & pleroſq; eoꝝ ſecundum tem
poris decurſum, etiã conuerſatione Chriſti in carne, poſteri-
ores? quibus tamen collata fuit poteſtas, cum hic agerent,

 miracula

miracula operãdi, & ſanitatũ bñficia ęgrotis cõferendi. Neqꝫ
hæc eis eſt ablata, ꝑ tranſitũ ab hoc mũdo ad cœli palatia, ſed
potius adaucta. Hñt igiť & ſancti iã in cœlis glorioſi, poteſta
tẽ a dño impetrãdi, & cõferendi dona ſanitatũ uiuẽtibus. Ve
rũ ut illa impetremus, ad infirmitatũ nraꝝ ſubleuationẽ, non-
ne rõni cõſentaneum eſt, ut ipſa ab illis ſolicite poſtulem⁹, cõ
fugiamuſqꝫ ad illorũ patrociniũ ꝑ piã orationẽ? Indignus eñi
eſt accipere bñficiũ, q id petere a bñfactore dedignať. Sũt igiť
a nobis orãdi ſancti, ut nris ſuccurrant neceſſitatibus, & a deo
impetrent maloꝝ noſtrorũ remediũ. ¶ Rurſum, Eximij uir-
tute uiri, in antiquæ legis tpe deũ ſuppliciter orãtes, recenſu-
erũt in ſuis precibus, ſanctorũ patrũ priſcæ ætatis noĩa, pari-
ter & bñfacta, quaſi ea diuinæ maieſtatis oculis obijciẽtes, ut
eorũ cõtẽplatione ſuffragantibuſqꝫ meritis impetrarent, q̃d a
dño expoſcebãt. Quẽadmodũ Moyſes placaturus faciẽ dñi,
indignãtis pplo Iſraelitico, ob uitulũ cõflatilẽ, ait in ſua orone
Exodi. 32. Quieſcat ira tua, & eſto placabilis ſuꝑ neqtia populi tui. Re-
cordare Abrahã, Iſaac, & Iſrael, ſeruorũ tuorũ, qbus iuraſti ꝑ
temetipm, dicẽs. Multiplicabo ſemen ueſtrũ ſicut ſtellas cœ-
Danie. 3. li, & uniuerſam terrã hãc de qua locutus ſum, dabo ſemini ue
ſtro, & poſſidebitis eã ſemꝑ. Sic Azarias, in fornace ſuccenſa
Babylonis orãs, ait. Ne queſumus tradas nos in ꝑpetuũ pro-
pter nomẽ tuũ & ne diſſipes teſtamẽtũ tuũ, neqꝫ auferas miſe-
ricordiã tuã a nobis, propter Abrahã dilectũ tuũ, & Iſaac ſer-
uũ tuũ, & Iſrael ſanctũ tuũ, qbus locutus es, pollicens ꝙ mul-
tiplicares ſemẽ eorũ ſicut ſtellas cœli, & ſicut arenã q̃ eſt in lit
tore maris. Et uterqꝫ eorũ iã dictorũ, exaudit⁹ eſt in orone ſua
Exodi. 32. Illic eñi. placatus eſt dñs ſuꝑ iniquitate populi ſui. hic uero, li-
Danie. 3. beratus eſt q orauit, cũ ſocijs ſuis, a fornace ignis ardẽtis. Con
ducibile eſt igiť, horũ exẽplo, ſanctos ipſos etiã noui teſtamen
ti patres, orare, & apud deũ itidẽ, illorũ agere cõmemoratio-
nẽ, ut ex utroqꝫ officio, religioſi obſequij pleno, nobis opitu-
leť ipſorũ patrociniũ. ¶ Inſuꝑ in libro Iob dicit ſcriptura. Vo
IIII. ca ergo, ſiquis eſt q tibi rñdeat, & ad aliquẽ ſanctorũ cõuerte-
Iob. 5. re admonẽs his uerbis, ꝙ ſi ad impetrãdũ aliqd a deo nõ exiſti
mamus orones nras ſufficere, cõuertamur ad aliquẽ ſanctorũ,
deprecã-

deprecãtes eũ ꝙ intercedat pro nobis ad dñm, ut ubi propria
nõ ſuppetũt opa bona, patrocinent̃ aliena ſuffragia, & ꝑ eos
tanq̃ patronos nr̃os aſſequamur, q̃d ꝑ noſipſos aſſequi nõ ſuffi
cimus. Eſt igit̃ ſecũdũ hãc ſalutarẽ admonitionẽ, admodũ u-
tile & fructuoſum hoĩbus, ſanctos ac cœlites pia orone inuo-
care. ¶ Neq; robur habet ullũ cauillatio, quã afferre hoc in lo
co qs poſſet, dicens uerba illa mõ adducta, nõ eſſe ipſius Iob,
aut deiloquẽtis, ſed Eliphas Themanitæ, unius amicoꝝ Iob, Iob. 42
diſceptantis cũ eo. Qui multa in ſua diſputatione locutus eſt,
minus recta & ſana, unde & in fine totius colloquij, reprehen
ſus eſt cũ ſuis, a dño. Ex uerbis igit̃ illius, nõ uidet̃ poſſe ſumi
efficax argumentũ, ad aſtruendũ quod hic proponit̃. Hmõi
nanq; cauilli tota uis, eo ipſo eneruat̃, ꝙ in duobus ſequẽtibus
cap. beatus Iob uerbis illius reſpondens, non refellit hoc eius
dictũ, ſicut alia per illũ perperã & minus recte aſſerta, impro-
bat ac reijcit. Quod certe indiciũ eſt, id uerbũ, ad aliquẽ ſctõ-
rũ cõuertere, probe & ſane ab illo eſſe prolatũ, & in aſſertori
am authoritatẽ recte ſumi poſſe. ¶ Q; ſi rurſum quis obiectet
prædictã ſententiã, ut ad aliquẽ ſanctoꝝ cõuertamur exhor-
tatoriã, nõ aſſerendo dictã eſſe ab ipſo Eliphas, ſed ſubſannan
do potius & irridendo, quẽadmodũ teſtat̃ B. Gregorius in. 5
libro moraliũ, ita locũ illũ exponens: Ait ergo. Voca, ſi eſt q Gregorius.
tibi reſpondeat. Ac ſi aperte dicat Quantũlibet afflictus cla-
mes, deũ tibi reſpondentẽ nõ habes, quia uox in tribulatione
eũ nõ inuenit, quẽ mens in tranquillitate cõtempſit. Vbi ad-
huc deridendo ſubiũgit. Et ad aliquẽ ſanctoꝝ cõuertere. Ac
ſi deſpiciens dicat. Sanctos quoq;, inuenire in afflictione adiu
tores non uales, quos habere ſocios, in hilaritate noluiſti. Qui Iob. 5
poſt irriſionẽ, protinus ſententiã ſubdit, dicens. Virũ ſtultũ
interficit iracundia, & paruulũ occidit inuidia. Hæc Grego.
Ex propõne aũt irriſorie prolata, & modo quodã ſubſannati
onis, ſumi nõ poteſt robur & efficacia, idipſum q̃d ita dicitur,
firmiter aſtruendi. ¶ Adhibenda quidẽ ſic obiectanti eſt reſ-
ponſio, ex p̃dictis etiã Gregorij uerbis pendens, irriſionẽ illã
ipſius Eliphas, nõ ferri in ipſam ſanctoꝝ inuocationẽ, quaſi il
lã improbet aut deteſtet̃, ſed in id ſolũ, ꝙ in afflictione poſitus,



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Iob, ſanctos inuocauerit, q̃s in proſperitate (ut ait) prorſus ne-
glexit, innuens hiſce uerbis, ip̄m Iob incaſſum in tribulatione
ad illos ſe conuertere, q̃s florentibus ſuis rebus, & aura ſecũ-
diore flante, nullo dignatus eſt (ut inquit) honore. Nõ itaq; ta
li ſchemate locutiõis, inuocationẽ ſanctorũ reprobat Eliphas
quin potius approbat, ſed modũ dumtaxat eos inuocãdi, qua
lẽ dicit ip̄m Iob obſeruaſſe, dãnat & irridet, ꝙ ſcilicet ĩ aduer-
ſitate ſolũmodo, ſancti inuocent, in proſperitate uero, negli-
gant & poſthabeant, q quidẽ inuocãdi modus, nimirũ probã
dus etiã nõ eſt, neq; cõmendandus. Manet igit ex illa propõ-
ne, ſolide cõprobata ſanctorũ inuocatio, qua ad ipſos cõuerti
V debemus. ¶ Ad hęc. Finita diſputatione ſancti Iob cũ amicis
ſuis, dixiſſe legit dñs ad Eliphas Themanitẽ, unũ eorũ. Iratus
Iob.42. eſt furor tuus in te, & in duos amicos tuos, qm̃ nõ eſtis locuti
corã me rectũ, ſicut ſeruus meus Iob. Sumite igit uobis ſeptẽ
tauros & ſeptẽ arietes, & ite ad ſeruũ meũ Iob, & offerte pro
uobis holocauſtũ, Iob aũt ſeruus meus, orabit pro uobis. Fa-
ciẽ eius ſuſcipiã, ut nõ imputet uobis ſtultitia, neq; em̃ locuti
eſtis corã me rectũ, ſicut ſeruus meus Iob. Quod cũ illi ſecun
dũ dñi præceptũ feciſſent, ſuſcepit dñs faciẽ Iob, cũ oraret il-
le pro amicis ſuis. Ecce dñs tres illos uiros (qui fere per totũ li-
bri cõtextum diſputatorias egerant partes) miſit ad Iob, ut o-
raret pro eis dñm. Quo ſane in opere oſtendit, gratũ ſibi id
eſſe, ſi ad aliorũ preces nobis emerendas cõfugiamus, ut pro-
ſint nobis illæ apud dñm, ſubinſinuatq; eodẽ in facto, ſancto
rũ nobis implorandũ eſſe auxiliũ ¶ Simile quiddã narratur in
Geneſi, de Abimelech rege Geraris, quẽ cum increpaſſet dñs
Gene.20 ob ſublatã Sarã uxorẽ Abrahæ, ſubiũxit. Nũc igit redde ux-
orẽ uiro ſuo, & orabit ꝓ te, qa ꝓpheta eſt, & uiues. Qđ cũ in
cũctãter, diuino obtẽperans ꝟbo, feciſſet Abimelech, orante
Abrahã ꝑ eo & domo eiꝰ, ſanauit dñs uxorẽ illiꝰ & ancillas, q̃
ob raptã Sarã factę fuerãt ſteriles, ut ibi dẽ ſacra refert hiſtoria
Ex q̃ dilucidũ euadit, gratũ illđ deo eẽ obſeqũ, q̃ ſctõs oramꝰ,
cũ iuſſerit dñs Abimelech, ꝙ Abraę iploraret orationẽ

¶ Aliis adhuc rõnibus ex ſcriptura deſumptis mõſtrari, ꝙ
a nobis orandi ſunt ſancti. Cap. XIII.

Sed age

SEd age, adductis iã rõnibus adijciamus & alias, q̃
cõmonſtrent ſanctos æternæ beatitudinis conſor
tes, a nobis orandos eſſe. Sitq; hæc, ad id approbã-
dũ, ordine ſexta. ¶ In exodo legimus Pharaonẽ re VI.
gẽ Aegypti grauibus plagis a deo afflictũ rogaſſe Moyſen, Exodi. 8. 9. 10
ꝙ oraret deũ pro illarꝫ plagarꝫ amotione. Cuius poſtulatiõe
permotus Moyſes uir dei, nõ ſemel rogauit dñm pro auerten
da plaga prius inflicta, & protinus ad preces eius, a deo ẽ ſub-
lata. Populus etiã Iſraeliticus culpæ ſuæ conſcius, qua offen-
derat deũ in poſtulatione regis importuna, dixit ad Samuelẽ
prophetã dñi. Ora pro ſeruis tuis ad dñm deũ tuũ, ut non mo I. Reg. 12
riamur. Cui ille benigniter ita reſpondit. Abſit a me hoc pec
catũ in dño, ut ceſſem orare pro uobis, & docebo uos uiã bo
nã & rectã. Demũ beatus Paulus ad Coloſſenſes ſcribens, ait
illis. Orationi inſtate, uigilantes in ea in gratiarꝫ actione, oran Coloſſ. 4
tes ſimul & pro nobis, ut deus aperiat nobis oſtiũ ſermonis ad
loquendũ myſteriũ Chriſti. Idẽ quoq;, in ſecũda ad Theſſalo 2. Theſſa. 3.
nicenſes ep̃la inquit. De cætero fratres orate pro nobis, ut ſer
mo dei currat & clarificetur, ſicut & apud uos, ut liberemur
ab ĩportunis & malis hoibus. Et ita in pleriſq; alijs ſuarꝫ ep̃la-
rũ locis, doctor ille gẽtiũ & magiſter, cũ ſumma hũilitate cõ-
mẽdat ſe fratrũ fideliũ orationibus, docens nos ſuo exẽplo, ex
poſcere debere pro nobis etiã aliorꝫ orões, qm̃ magnũ affe-
runt ſaluti conſequendæ præſidiũ. Cũ itaq; uitã hic agentes,
recte expetant aliorꝫ adhuc in hoc ſtadio currentiũ preces ſi-
bi ſuffragari, ut modo adductis exẽplis eſt patefactũ, & mul-
tis alijs itidẽ patefieri poſſet, cur nõ & in perpetuæ beatitudi-
nis gloria ſublimatorꝫ orationes ſibi expoſcent patrocinari, q
adhuc in uia huius pegrinationis cõſiſtunt, q̃nquidẽ ipſorum
beatorꝫ, q̃ adhuc uiuẽtiũ, preces, iure credunt efficaciores, ob
fœliciorẽ eorꝫ ſtatũ, cõfirmatiorẽ in bono, & a malo liberiorẽ
¶ Præterea, legimus pleroſq; a regibus & principibus aliqua VII
impetraſſe per intermedios, ad orandum aut placandum ani-
mum infenſum miſſos, quæ per ſeipſos non tam fœliciter &
commode fuiſſent conſecuti. Siquidẽ Ioab princeps militiæ
Iſraeliticæ per ſapientem mulierem Thecuitem reconciliauit
Abſalon

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

2.Reg.14. Abſolon patricidij reũ, regi Dauid patri ei⁹, impetrauitq́ȝ illi
reditũ ad ciuitatẽ paternã, a qua fuerat ob interemptũ in con-
uiuio fratrẽ profugus. Deinde uero interpellatione ſua, eidẽ
ipſe Ioab obtinuit acceſſum ad cõſpectũ paternũ, a q̃ iã diuti⁹
exulauerat. Et Nathan ꝓpheta ꝑ Bethſabee mřez Salomonis
3.Reg.I. impetrauit a Dauid rege, ꝙ iuſſu paterno Salomon inungere
tur rex, regioq́ȝ inſigniret diademate & ſceptro ſuꝑ Iſrael, ipſo
Dauid adhuc ſuperſtite. ¶ Sed quid hæc nobis indicare putan-
da ſunt? Idipſum reuera, ꝙ cũ peccatis noſtris diuinã offendi-
mus maieſtatẽ, recurramus ad ſapientẽ illã mulierẽ, æternęq́ȝ
ſapientiæ matrẽ, ſacroſanctã uirginẽ Mariã, exorantes eã, ut
deũ nobis reddat placabilẽ & potiemur uoto ꝑ ipſam. Si cœ-
leſtis itidẽ regni uolumus obtinere cõſortiũ, ipſam ueri Salo-
monis uereq́ȝ pacifici dñi noſtri Ieſu Chři matrẽ, pulſem⁹ pre
cibus, ut loquat̃ pro nobis bonũ ad dñm, ſuaq́ȝ interceſſione
impetret perpetuã regni ſupni hæreditatẽ, tandẽ nobis colla
VIII. tũ iri. ¶ Rurſum. Cũ Aman ille infenſiſſimus Iudæoꝝ hoſtis
Heſter.3 immineret totius Iudaicæ gentis exitio, impetraſſetq́ȝ ab Aſ-
ſuero rege Perſaꝝ, ipſius omnimodã exterminationẽ, Mar-
docheus & reliqui Iſraelitæ nõ protinus ad Aſſueꝝ ſe cõtule
runt rogatũ, ut edictũ de excidio eoꝝ iã palã propoſitũ reuo-
Heſter. 4 caret, ſed ad Heſter reginã habuerunt confugiũ, ut ipſa inter
media & ſupplicante regi, liberarent̃ ab impendente pericu-
Heſter.3. & lo. Et hoc pacto, fœlicẽ habuerũt ſuæ petitionis exitũ. Nam
deinceps Heſter, ſpectatiſſimæ uirtutis mulier, ꝑ ſuam modeſtiã, pru-
dentiã & ſupplicationẽ apud Aſſuerũ, impetrauit toti popu-
lo Iudæoꝝ, regni Perſaꝝ finibus cõprehenſo, ſalutẽ, uitã, &
liberationẽ ab imminente malo. ¶ Sed nonne & hoc edoce-
mur exẽplo, ꝙ cũ antiquus nos præmit hoſtis, quærens aiam
noſtrã ut leo rugiens deuorare, perpetuaq́ȝ morte ꝑdere, ſeue
ritatẽq́ȝ ſupremi regis extimeſcimus, merito nobis irati, cõfu-
giamus ilico ad illã cœli reginã gratia plenã, poſtulemuſq́ȝ ab
ea, ut deũ nobis efficiat pacatũ, & impetret ab hoſtili manu li-
beratiõnẽ. Qȝ ſi fecerimus, nõ negabit illa ſuis ſeruis patroci
niũ, cauſam noſtrã aget fœliciter apd' dñm, noſq́ȝ reddet uoti
noſtri cõpotes. Eſt igit̃ ſedulo nobis oranda, ſacra uirgo Ma-
ria, ut

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ria, ut nr̃a ſit ante dei thronũ aduocata, & per ipſam, acceſſum
habeamus ad eius filiũ. Quod aũt de ipſa dictũ eſt, in hiſce du
abus poſtremis rationibus, intelligendũ eſt cõſimiliter de quo
uis alio ſanctoꝝ, ad quẽ, eadẽ oĩno ratione, per intentã ſuppli
cationẽ cõferre nos debemus, ut pro nobis exoret deũ. ¶ Ad IX
idẽ facit, quod memorat beatus Lucas de Centurione, cuius Lucæ. 7.
ſeruus admodũ illi charus, decũbebat in domo paraliticus.
Siquidẽ is non arbitratus ſeipſum dignũ ut ueniret ad Ieſum,
pro impetranda ſanitate ſerui ſui, miſit ad eũ ſeniores Iudæo⸗
rũ uiros honoratiſſimos, qui rogarẽt dñm ut ueniret in domũ
eius, & ægrotũ ſeruũ ſanaret. Quis (oro) hanc nõ cõmenda⸗
uerit Centurionis modeſtiã, ſubmiſſionẽq́ moderatiſſimam:
eiuſq́ exẽplo nõ intellexerit, diuinæ ſublimitati Id pergratum
eſſe, ꝙ cũ uitijs inquinati ægrotamus animo, lethiferoq́ tene⸗
mur morbo, non audeamus temere accedere celſitudinẽ diui⸗
næ maieſtatis, nr̃æ impuritatis conſcij, ſed ſanctos ipſos ple⸗
rũq́ adeamus, deuotiſq́ precibus ſolicitatos mittamꝰ ad thro⸗
nũ dei, ut ab eo nobis impetrent ſanitatẽ noſtroꝝ uulnerũ, q⸗
bus iacemus ſaucij. Hæc nãq́ animi noſtri humilitas, reſilien
tis a magnitudine immenſæ deitatis in ſuã prauitatẽ, & nõ au
dẽtis illã primo acceſſu interpellare, hauddubie grata erit deo
reddetq́ preces noſtras illi acceptas, cũ ſcriptũ ſit. Oratio hu⸗
miliantis ſe, nubes penetrabit, & donec propinquet non con⸗ Eccl. 35
ſolabit᷑, & nõ diſcedet donec altiſſimus aſpiciat, cũ etiã dicat ꝓ
pheta in pſalmo, ꝙ reſpexit dñs in orationẽ humiliũ, & non
ſpreuit precẽ eoꝝ. ¶ Poſtremũ, Si quis plebeius aut infimæ Pſal. 101
ſortis uir, a rege terreno ſit quippiã petiturus, is non audẽs ſe X.
primũ regijs oculis ingerere, accedit in illius curia aliquẽ ex
aulicis & proceribus regi familiaribus, ut per eũ, libellus ſuus
ſupplicatorius regiæ maieſtati exhibeat᷑, eiuſq́ patrocinio aſſe
quat᷑ ille a rege, quod expetit. Et hac uia, ſæpe conſequuntur
hoĩes quod poſtulant, qui ſi tentaſſent primo congreſſu regis
aures pulſare, triſtẽ paſſi fuiſſent repulſam. Nos igit᷑ hoc edo⸗
cti exemplo ſenſibili, ex noſtræ indignitatis conſideratione,
ſimiliter & altitudinis immenſitatiſq́, ſummæ diuinitatis con
templatione, interdũ reſilire debemus in noſtrã puſillitatem,

per uerã humilitatẽ, abiectionẽq; nr̃i, & ita trepidantes cũ re-
uerentia, nõ tentare primo aditum aggrediamur ad ſupremæ
deitatis ſoliũ, ſed implorare ſacroſanctæ matris dei & ſanctoꝝ
opẽ, ut pro nobis apud deũ ſint aduocati, noſtrãq; ſupplicatio
XI nẽ illi porrigãt. ¶ Deniq; ad idẽ cõprobandũ propoſitũ, non
Cap. 6. 8. parũ cõducunt eximioꝝ patrũ, Dionyſii, Damaſceni & Gre-
gorij ſnīæ, ſupra (ut locus & res efflagitabat) adductæ, aſtru-
entes, nos ſanctoꝝ patrocinia implorare debere.

## ¶ Ob multa bñficia ſpũalia, q̃ a ſacroſancta uirgine Maria & beatis angelis accepim⁹, nos illis honorẽ impendere debere. Cap. XIIII

PRæter ea uero q̃ ſupra ſunt allata, eſt & aliud qđ
maxime nos debet inducere ad honorẽ ſanctis cœ
li ciuibus deferẽdũ magnitudo ſcilicet & copia be
neficioꝝ ab eis acceptoꝝ, cui nunq̃ parem referre
I possumus grãm. ¶ Quid em̃ æquũ aut dignũ rependere pote
Gloriosæ uirginis Mariæ preconia. rimus ſacroſanctæ uirgini matriq; dei Mariæ, pro cumulatiſ
ſimis ab ea toti mundo collatis muneribus? ꝙ nr̃æ ruinæ eſt ꝑ
ſalutiferã prolẽ ſuã inſtauratrix, nr̃i reparatrix lapſus, deiq; &
hominũ cõciliatrix ac mediatrix. Nõne quod per primã Euã
illatũ eſt uulnus mundo, ꝑ hanc ſecundã eſt curatũ? Vt enim
ſancta canit eccl̃ia, paradiſi porta per Euã cunctis clauſa eſt,
& per Mariã uirginẽ iteꝝ patefacta eſt. Illa culpã nobis intu-
lit, hæc grãm attulit, cũ fœlici partu ædidit authorẽ gratiæ.
Illa itidẽ peccatũ ſua tranſgreſſione inuexit mũdo, hæc uirtu-
tũ omniũ exẽpla nobis protulit. Deniq; illa exiliũ, mortẽ, mi
ſeriã, & dãnationẽ huic induxit ſeculo, hæc uero reditũ in pa
triã, uitã, fœlicitatẽ, & æternã nobis adduxit beatitudinẽ, qñ
ſpũ ſancto fœcundata, & permanẽs uirgo intacta, uerũ deum
Psal. 84 & hominẽ Ieſum Chriſtũ, caſtis profudit uiſceribus. Hæc ſa-
ne eſt terra illa benedicta a dño, in qua apparuit gloria dei, &
de qua, ueritas ęterna orta eſt, q̃ cœleſti itidẽ rore irrigata, fru
ctũ ſuũ dedit toti mundo ſalutarem. Hæc etiã eſt mater no-
ſtra, multo uerius q̃ prior illa Eua, quæ omniũ uiuentiũ dicta
eſt mater ſecũdum carnem, quãdoquidẽ hæc, ſecũdum ſpiri-
tum, maternitatis ad nos gerit nomen & titulum. Mater in-
quam

quam gratiæ, mater miſericordiæ, plena diuinoꝝ charíſmatũ,
& ſuper nos maternæ geſtãs pietatis uiſcera. Hæc itẽ eſt ma-
ter ueritatis de ipſa exortæ, cui catholica pie concinit eccleſia
Gaude Maria uirgo, cũctas hæreſes ſola interemiſti in uni-
uerſo mundo. Et uere hæreticã prauitatẽ uniuerſam ipſa eli-
ſit, tũ ꝙ ſummã ueritatẽ, hæreſeos omnis profligatricẽ, mun-
do produxit, tũ etiã ꝙ ſolidã fidẽ, nutantibus etiã columnis
eccleſiæ & apoſtolis, incõcuſſam inuiolate ſeruauit. Fidei aũt
firmitate & integritate, omnis deſtruitur hæreſeos impietas.
Hæc præterea eſt aduocata nr̃a, ſuũ nunq̃ denegãs poſtulan-
tibus patrociniũ, nunq̃ noſtrũ oblita genus, nec hoies perteſa
propter q̃s ſaluãdos, tabernaculũ altiſſimi, tẽplũ dñi, et filij dei
tabernaculũ ẽ facta. ¶ Hęc deniq; ſup oẽs angelicoꝝ ſpirituũ II
choros in cœlis exaltata, necnõ ſup oẽs ſanctoꝝ ordines ſub-
limata, oculis miſericordię ſuæ nõ deſinit hoies reſpicere, nec
miſerari triſtes eoꝝ caſus, nec apud deũ (cui aſſidet proxima)
aſſiduis precibus noſtrã ſubleuare miſeriã. De qua ſanct⁹ Ber- Bernardus
nardus in quodã ſermone ait. Voluntas dei, totũ nos habere
uoluit per Mariã. Hæc inquã uoluntas eius eſt, ſed pro nobis
In oibus ſiquidẽ & per oia prouidens noſtræ miſeriæ, tentati-
onẽ noſtrã ſolat, fidẽ excitat, ſpem roborat, diffidentiã abigit,
erigit puſillanimitatẽ. Ad patrẽ uerebaris accedere, ſolo audi-
tu territ⁹, ad folia fugiebas, Ieſum tibi dedit mediatorẽ. Quid
nõ apud talẽ patrẽ, fili⁹ talis obtineat? Exaudiet utiq;, pro ſua
reuerẽtia. pater eñ diligit filiũ. An uero trepidas, & ad ip̃m?
Frater tuus eſt & caro tua, tentatus p oia, ut miſericors fieret. Iohan. 3.
Hunc tibi fratrẽ Maria dedit. Sed forte & in ipſo maieſtatẽ
uereare diuinã, ꝙ licet fact⁹ ſit homo, mãſit tñ deus. Aduoca- Hbræ. 4
tũ habere uis & ad ip̃m, ad Mariã recurre. Pura ſiquidẽ huma-
nitas in Maria, nõ mõ pura ab omi cõtaminatione, ſed & pu-
ra, ſingularitate naturæ. Nec dubius dixerim, exaudiet & ip̃a
pro reuerẽtia ſua. Exaudiet utiq; matrẽ fili⁹, & exaudiet filiũ
pr̃. Filioli (inqt) hæc eſt pctõꝝ ſcala, hęc mea maxima fiducia
eſt, hęc eſt tota rõ ſpei meæ. Quid eñ, p̃t ne filius aut repelle-
re, aut ſuſtinere repulſam? Nõ audire, aut nõ audiri filius p̃t?
Neutrum plane. Hæc Bernardus. Hãc igit tantæ dignitatis,

 ſublimi

ſublimitatis, & eminentiæ uirginē, reginā cœli, mundi dn̄am
& matrē dei, nos hoīes nullo dignabimur honore? Adeo ne
ingrati erimus filij, proterui & inſolentes, ut hanc pientiſſimā
matrē nulla uelimus proſequi ueneratione? Indigni certe ha-
bebimur æternæ hæreditatis, cū benedicta hac matre noſtra,
participatione in cœlis, ſi nullū ei uolumus honorē in terris
III deferre, q̄ omni laude nimirū eſt digniſſima. ¶ Inſuper, nōne
Lucæ. I. ipſa angelico præconio mirifice celebrata eſt, & gratia plena,
in honoratiſſima ſalutatione (quæ de cœlo allata eſt) magnifi
Ibidem ce prædicata? Nonne eadē, a ſancta Elizabeth ſpū ſancto re-
pleta, benedicta eſſe inter mulieres (ſicut & prius ab angelo) ē
pronunciata? Nonne & de eadē acclamauit filio eius benedi-
cto in ſecula, mulier illa ſyncæræ fidei & deuotionis? uoces
blaſphemantiū ſcribarꝝ & phariſæorꝝ, hac laudatoria confeſ-
ſione retundens. Beatus uenter qui te portauit, & ubera quæ
Lucæ. II ſuxiſti? Quā quidē egregiā matris laudē, & ipſe filius reſpon-
ſione ſua approbauit. Nos igit̃ ab angelo tantopere laudatā,
& a ſpū ſancto, in beata Elizabeth & illa muliere de turba ex
tollente uocē ſuā, locuto, tantis laudū titulis honoratā, nequa-
q̄ honorabimus, nec ulla laude celebrabimus? Abſit (oro) ab
Damaſcenus oībus Chriſtū pie colentibus, tantū ſcelus, qm̄ (ut teſtat̃ Da-
maſcenus, honor ad ipſam dei matrē, in illū qui ex ea incarna
tus eſt, reuocat̃. Quare e diuerſo, matris dei inhonoratio, etiā
Chr̄i ex ea nati eſt inhonoratio, quēadmodū in euangelio cō-
Iohan. V teſtat̃ dn̄s Iudæis, ꝙ qui non honorificat filiū, nō honorificat
patrē qui miſit illū. ¶ Sed nunc ad inferiores throno Mariæ,
IIII ſanctorꝝ ordines progrediamur, oſtendamuſq; nos, et illis eſſe
plurimū obnoxios. Et primū, ab angelicis ſpiritibus, promp-
tiſſimis dei miniſtris & ad eius paratiſſimis obſequiū quis ab-
negabit nos q̄ plurima, eadēq; maxima beneficia ſuſcipere? ob
aſſiduā tutelā atq; cuſtodiā, quā nobis exhibent toto præſen-
tis uitæ noſtræ curriculo. Quæ quidē bona, beatus pr̃ Augu
Auguſtinus ſtinus in uiceſimoſeptimo capite ſuorū ſoliloquiorꝝ (ubi præ-
ſertim uerba facit de angelis, ad hoīm cuſtodiā deputatis) lu-
culenter & præclare cōſtringit, ita de eis ad dn̄m loquens. Hi
ſunt ciues beatæ ciuitatis, ſupernæ Hieruſalē, q̄ ſurſum eſt mr̃

noſtra, in miniſteriũ miſſi propter eos q hæreditatẽ capiũt ſa- Hbræ. 1
lutis, ut eos liberent ab inimicis ſuis, & cuſtodiant in omnib⁹ Pſal. 90.
uijs ſuis, cõfortent quoq; & moneant, & orationes filiorũ tuo
rũ offerant in cõſpectu gloriæ maieſtatis tuæ. Diligunt nem
pe cõciues ſuos, per quos ſuæ ruinæ ſciſſuras reſtaurari expectãt
Ideoq; magna cura & uigilanti ſtudio aſſunt nobis, oĩbus ho
ris & locis, ſuccurrentes & prouidentes neceſſitatibus noſtris
& ſolicite diſcurrentes inter nos & te dñe, gemitus noſtros et
ſuſpiria referentes ad te, ut impetrent nobis facilẽ tuæ benig-
nitatis propitiationẽ, & referant ad nos deſideratã tuæ gratiæ
benedictionẽ. Ambulant nobiſcũ, in oĩbus uijs noſtris, intrãt
& exeunt nobiſcũ, attente cõſiderantes, q̃ pie q̃ honeſte i me-
dio prauæ nationis cõuerſemur, q̃toq; ſtudio & deſiderio q̃ra
mus regnũ tuũ & iuſtitiã eius, quãtoq; timore & tremore ſer
uiamus & exultemus tibi, lætitia cordis noſtri. Adiuuant la-
borantes, protegunt quieſcentes, hortant̃ pugnãtes, coronãt
uincentes, congaudent gaudentibus, de te inquã gaudentib⁹,
cõpatiunt̃ patientibus, pro te inquã patiẽtibus. Et reliqua, in
eandẽ ſniam pie & ſancte cõſequentia. Pro tantis igit̃ benefi-
cijs, q̃ nobis quotidie impendunt ſpũs angelici, nullã a nobis
referri illis gratiã, neq; honorẽ ullũ impendi, extremæ certe
ingratitudinis eſt.

¶ Reliquis ſanctorũ ordinibus, nos etiã ob ſuſcepta ab eis
beneficia, honorẽ debere. Cap. XV

SEd & ſancti patriarchę ac propęhet, nõ modicum I
etiã nobis beneficiũ ſpirituale cõtulerunt, ꝙ ex il-
lis Chrũs dñs nr̃, ſecundũ carnẽ natus eſt, horũ ꝟo
oraculis prenunciatus, Illi, ſuis operibus in figura-
rũ inuolucro, ſalutis noſtræ pręſignarũt authorẽ. Hi uero ſpi
ritu ſancto afflati, prædixerũt eius ortũ & admiranda opera, q̃
pro nobis redimendis erat facturus. Et inter hos, ſacratiſſim⁹
Iohannes baptiſta, ſpũ ſancto repletus anteq̃ in lucẽ æditus,
gaudio geſtiens in utero matris, perſenſit Chriſti præſentiam Lucæ. 1
& demũ ætate grandior, eundẽ præſentẽ demonſtrauit, dicẽs Iohan. 1
Ecce agnus dei. Hunc igit̃ (quo, inter natos mulierũ nõ ſurre Mat. 11
xit maior) dignũ a dño habitũ, qui teſtimoniũ de ipſo phibe- Lucæ. 3

 ret bap-

ret, baptiſmoq; eundẽ ablueret, ſi recuſamus honorare, nonne
II oĩm ſumus abiectiſſimi, pariter & ĩgratiſſimi? ¶ Sed qd de ſan
ctis dicemus aplis? aliquid ne cõtulerunt nobis adiumẽti, ut
ſalutẽ conſequamur æternã? Imo q̃ plurimũ. Hi nẽpe, tubæ
ſunt euãgelicæ p̃dicationis, q̃ toti inſonuerũt mũdo, ut inno-
Pſal. 18. teſceret oĩbus fides Chr̃i, ac myſteriũ redẽptionis humanæ.
Hi, p̃cones etiã ſunt regis æterni, in totũ orbẽ miſſi, ut claro
ſuæ uocis p̃conio, uocarent oẽs ad capeſſenda ſalutis ppetuæ
munera. Quorũ, ad has uſq; terras puenit p̃dicatio, noſtroſq;
maiores ab errore gentilitio reuocauit ad ueri dei agnitionem
q̃d ſane, ſecũdũ deũ, ipſis & per eos huc miſſis uiris aplicis, ac-
ceptũ referre debem⁹. Hi deniq; ſunt fulgida cœli luminaria,
q̃ꝝ ſplẽdore coruſco effugatæ ſunt tenebræ ignorãtiæ & ini-
quitatũ, diffuſaq; in totũ mũdũ claritas euãgelicæ doctrinę, ac
fulgor illuſtris. Poſtremũ hi a deo cõſtituti ſunt principes ſu-
Pſal. 44 Matt. 19. p oẽm terrã, futuri iudices nr̃i & ſupremi iudicis coaſſeſſores,
q̃ꝝ hauddubie apud dñm magna eſt gloria, & merces copio-
ſa. Nos uero, nunqd nõ tantis mouebimur acceptis muneri-
bus, ad aliquid grãæ illis repẽdendũ? Indignos cenſebimus il-
los honore, a qbus tm̃ ſpiritualiũ bonoꝝ accepim⁹? Nequaq̃
III. ita facto opus eſt. ¶ Ab ipſis deinde martyribus, qs (oro) diffi
tebit̃ nos habuiſſe plurimũ p̃ſidij, ad fidei orthodoxæ firmita
tẽ, ſolidiuſq; robur & teſtimoniũ? Nõne hi ſunt athletæ for-
tiſſimi & inuicti milites, ſummi regis & dñi noſtri? De qbus
Pſal. 115. uere ait propheta in pſalmo, q̃ p̃cioſa eſt in cõſpectu domini,
mors ſanctoꝝ eius. Etẽm tradiderũt corpora ſua propter deũ
ad ſupplicia, ideo coronant̃ & accipiunt palmã. Iidẽ ſanguine
ſuo fuſo teſtificati ſunt fidei catholicæ ueritatẽ, eandẽq; indu-
bitatã ac certiſſimã nobis reliquerũt. Hi deniq; propugnato
res ſunt acerrimi totius eccl̃iæ, quã ſua morte maiorẽ in mo-
dũ corroborarũt, facti tyrãnis oĩbus & mũdo ſupiores, regi-
buſq; potẽtiores. An & huius ordinis glorioſos bellatores,
ac triũphatores inclytos, nullo proſeq̃mur honore, pro hac
tãta aĩoꝝ cõſtãtia & fortitudine, pro hac tã firma fidei atteſta
tione, ſacra eoꝝ morte, ad noſtrã ſalutẽ facta? Habebimur pla
ne, ſi id agim⁹ oĩm maxĩe ingrati, indigniq;, qbus deinceps cõ
ferãtur

ferãtur hmõi bñficia. ¶ Ipſi q̃q; ſancti cõfeſſores, nõ medio- IIII
cre nobis pſtite rũt æternæ ſalutis adminiculũ, cũ proculcati-
one pñtis ſeculi, mũdanaꝝ reꝝ cõtẽptu, mira uitæ abſtinẽtia,
& auſteritate, anachoritica monaſticave pfeſſione, uigilãti a-
lioꝝ dirigẽdoꝝ cura, & cæteris id genus pclaris opibus, recte
uitã noſtrã inſtituẽdi reliquerũt nobis exẽplũ, mõſtrarũtq; ui
am, q̃ ueſtigijs eorũ inhærẽtes, pueniamus ad patriã fœlicita-
tis æternæ, quã nũc incolũt ſecuri. Ipſi reuera nři ſunt duces,
q̃s imitemur recto uirtutis calle. Ipſi identidẽ nřę uitæ optimi
ſunt directores & mgři, q̃ꝝ ductu & magiſterio gradiamur
in uia mãdatorũ dñi. ¶ Demũ cãdidatus uirginũ chorus, in V
ſanctitate corporis & ſpũs Chřm ſponſum ſuum cõſectatus,
de nobis etiã optime meritus eſt, cũ memorabile cunctis reli-
quit documentũ, ſuo exẽplo carnis laſciuiã edomãdi, exting-
uendi incendia libidinũ, puritatẽq; cũ corporis tũ mẽtis dño
conſecrãdi. Debent ſiquidẽ ad id arduũ uirtutis opus uiri cõ-
tendere cũ uiderint teneriuſculas uirgines & fragiliore circũ
datas ſexu, generoſe & ſtrenue illud expleſſe. Quis ergo ad-
dubitet, pro hiſce bñfactis nos illis honorẽ debere & uenera-
tionẽ, in teſtimoniũ nřæ gratitudinis? An cadit in quenq̃ tm̃
ſcelus, ut nullos illis cẽſeat impartiẽdos honores, aut debitos
nõ impartiat? Si qs uſpiã fuerit hmõi, tetrã ingratitudinis no-
tã ſibi inurit, grauiq; mulcta plectẽdus eſt, ꝙ eas honorare de-
dignet, q̃ in uirginali corde ſuo pparauerũt gratũ deo habita-
culũ, cũ hic uitã agerẽt, q̃ etiã ſpretis iugalibus tędis, Chriſto
ſpõſo tota animi intẽtione adhæſerũt, ſuãq; illi dicarũt uirgi-
nitatẽ, q̃ deniq; ad cœnã nuptiaꝝ agni p fœlicẽ ex hoc ſeculo Apoca. 14.
trãſitũ uocatæ, cãticũ nouũ cãtãt añ thronũ dei, & ſequuntur
agnũ quocũq; ierit. Nũc inter purpureas martyrĳ roſas, q̃ nõ-
nullæ eaꝝ ſunt coronatæ, & inter albentia uirgineæ purita-
tis (q̃ refulgẽt) lilia, diuerſant in cęlis, cãdidiſſima amictę ſtola,
& ſacrũ caput aurea corona redimitæ. Quas igit ſic deus ho-
norificat in cœlis, qui in terris honorare negligit, & ſctis uir-
ginibus & ipſi deo iniurius eſt.

¶ Sãctos a nob, cũ oẽs, tũ eos q̃s peculiariter delegimus patro-
nos, laudibus ac orõnibus honorãdos eſſe. Cap. XVI

Honoran

HOnorandos quidẽ eſſe ſanctos, plurifariã ſupra eſt
monſtratũ, & quã etiã ob cauſam ſint merito hono
randi. Nunc uero occurrit id oſtendendũ, q̃ nã mõ
I ſunt a nobis uenerandi. ¶ Et primo ſane, orationi-
bus ex pio prodeuntibus animo colẽdi ſunt, nr̃as ad ipſos ſup-
plices poſtulationes cõtinentibus, necnõ dignis laudibus &
præconijs, ipſoꝝ præclara opa, uirtutes eximias & acta egre-
gia cõtinentibus, qm̃ hmõi laus & cõmendatio, etiã in deũ ip
ſoꝝ ſanctificatorẽ & glorificatorẽ, ulterius refert. Qui enim
laudat opus inſigne, pariter & ipſius operis laudat authorem
ꝙ ut uulgo ferũt, ingeniũ artificis, nobile prodit opus. Vt q
picturã Apellea formatã arte extollit, & ipſum Apellem ea
laude prædicat, & qui ſtatuã Phidiaca effigiatã manu admira
tur, & ipſum ſimul laudibus effert artificẽ Phiadã, Atqui de-
us, admirandæ ſanctoꝝ excellentiæ primus eſt author, ut qui
illis largiorẽ cõtulerit grãm, qua ad tantæ ſanctitatis culmẽ &
apicẽ ſunt euecti. Igit̃ laus illa q̃ ſanctis defert̃ ob ante actę ui
tæ excellentiã, & gloriæ cœleſtis (qua nunc potiunt̃) eminen
tiã, ad deũ etiã pertinet, tanq̃ primatiũ ſanctoꝝ authorẽ & to
tius ſanctificationis fontẽ, & ad hunc præcipuã noſtræ inten-
Cap. 2 tionis aciẽ dirigere debemus, quẽadmodũ ſuperius etiã eſt di-
II ctũ. ¶ Itaqꝫ poſt ſeptẽ pſalmoꝝ pœnitentialiũ (ut uocant) le-
ctionẽ, letania ſupplicatioqꝫ cõmunis, oim ſanctoꝝ (cuiuſque
in ſuo ordine & gradu) inuocatoria, eſt ſyncero deuotoqꝫ ani
mo lectitanda, ad implorandũ ipſoꝝ patrociniũ & orationẽ
apud dñm, quẽadmodũ & tota eccl'ia certis aliquot diebus in
ſuo officio eã decantat, potiſſimũ in ſabbato ſancto paſchæ &
pentecoſtes, circa ſacri fontis benedictionẽ. Quocirca ſi qs p-
tinacius cõtendat, ſupplicatoriã illã ſanctoꝝ cõmemorationẽ
ac prædicationẽ nominũ ipſoꝝ, fieri nõ debere nec priuatim
nec publice, his ſancti Bernardi uerbis, ut dura ſilice fronti ip
Bernardus ſius illiſa, feriendus eſt. Quæ quidẽ, de ſacra uirgine Maria
duntaxat, ab illo dicunt̃, attamen generatim de oibus etiã ſan-
ctis prolata, nõ minorẽ habent ueritatis uigorẽ, hoc mõ. Nul
la ratione ſanctis ipſis placebit, contra eccl'iæ ritũ præſumpta
nouitas, mater temeritatis, ſoror ſuperſtitionis, filia leuitatis.

Sic ille.

Sic ille. Quid em̃ magis temerariũ, q̄ antiquiſſimũ eccleſię ri-
tũ, uelle pro ſuo arbitratu innouare? Nõne & id ſuperſtitioni
proximũ eſt, hactenus obſeruatã traditionẽ ſanctam abolere
uelle, & nouã ſuperinducere? Sed & illud magnæ leuitatis ar
gumentũ eſt, conari, diuturna cõſuetudine probatũ uſum re-
ſcindere, & pro ſuo nutu atq; iudicio, aliũ omnino nouũ iſer-
re, Ex prædictis itaq; Bernardi uerbis, exploratũ habere faci-
le poſſunt oẽs, qui exuſcitandis hac noſtra tẽpeſtate nouitati-
bus circa dei & ſanctoꝝ cultũ ſtudent, ꝙ cõtra ſacrũ eccleſiæ
ritũ inducta quælibet nouitas, has tres noxias peſtes, temerita
tẽ, ſuperſtitionẽ, & leuitatẽ, habet ſibi aſſeclas & comites, qn-
imo proxima cognatione atq; affinitate cõiunctas, utpote ma
ternitate, germanitate, & (ut ita dixerim) filialitate. Ex qua,
nõ niſi infœlices ædunt in lucẽ fœtus. Ab ea igit exitiali labe
(nouitate ſcilicet, eccleſiæ ritui aduerſa) declinantes, pio religi
oſoq; ſtudio frequentent oẽs (moneo) inuocationẽ illã ſancto
rũ, per gradus & ordines ipſoꝝ rite diſtinctã. Grata ſiquidem
eſt deo & ſanctis oĩbus hæc deuota ſupplicatio, eos prouocãs
ad fundendas deo pro nobis preces. Quod etiã quondã ſacra
reuelatione oſtendere dignatus eſt dñs, ſanctæ cuidã uirgini,
cui Mechtildi nomen erat, diuinis uiſitationibus, a primis fe- Mechtildis.
re annis aſſuetæ, Quæ cũ ſoror quædã ſui monaſterij admo-
dũ religioſa, iã morti ꝓxima, inungeret extrema unctione, ex
ſuperbenigna dei dignatiõe uidit in ſpiritu, ꝙ cũ ſacerdos æ-
grotã ſororẽ inungẽs, letaniã ſuper eã pro more eccleſiaſtico
legeret, ſinguli ſanctoꝝ ad nomina ſua, Chriſtũ illic cũ ſacra-
tiſſima matre ſua præſentem, flexis genibus pro ea rogabant.
Quod dictũ uolui, ne quis inutiles aut irritas putet preces, q̃s
ſanctis effundimus, aut uana nulliuſq; fructus obſequia, q̄ eis
præſtamus. ¶ Enimuero magnã exinde conſequent ipſi pij
cultores utilitatẽ, utpote ſanctoꝝ auxiliũ & opẽ, ſuis neceſſi- III.
tatibus nõ defuturã, eorundẽ quoq; beneuolentiã & fauorem
pro hmõi orationũ officio ſibi cõciliatũ, pro quo gratiã repẽ-
dere, qui honorati ſunt ſancti, ſuis cultoribus nequaq̃ præter
mittent. Deniq; cõſequent ijdẽ, multoꝝ beneficioꝝ (quę pro
animę corporiſve ſalute expetiuerint) impetrationẽ, ſanctoꝝ

ſuffragijs a deo obtentā, qn̄quidē ſancti ipſi, cœleſtis regni cō ſortes, acceptorꝝ beneficiorꝝ maxime memores & grati, pro exiguo ſibi reddito obſequio, cumulatiſſimā referunt gratiā, & honorantibus ſe aut orōne aut alio q̄uis pio ope, dignā retributiōe cōpenſationē, quinimo ſupra ipſius opis dignitatem. Quod reuera multis rerꝝ experimētis pſpectū eſt & exploratū in ijs, q neceſſitate aliqua adacti ad ſanctorꝝ confugerūt ſuffragia, & liberati ſunt ab ea (qua premebantˀ) anguſtia, obtinueruntq; a dn̄o quod pijs uotis per ſanctorꝝ inuocationē poſtulauerāt. ¶ Inſuper & cōmendatione dignus cenſetˀ ille mos, q̄

IIII nōnulli aliquē ſanctorꝝ aplorꝝ, martyrꝝ, confeſſorꝝ, aut aliquā ſacrarꝝ uirginū deligunt ſibi in ſpecialē patronū, ad quē poſt deū & ſacratiſſimā uirginē Mariā hn̄t ſingularē deuotionis affectū, aut quoniā eccleſiæ in qua ſancto lauacro ſunt abluti, uel ſacramenta percipiunt eccleſiaſtica, patronus eſt, aut in q̄ obtinent ſacerdotiū, ordinē ve ſunt conſecuti eccleſiaſticum, aut quoniā rapiuntˀ admiratione quadā eximiæ uirtutis eorū, qua hic uiuentes claruerunt, aut quia inſigniuntur illius ſancti ſanctæ ve nomine, aut alia quauis rationabili cauſa, eos ad hunc ſanctum potius q̄ aliū quemuis, peculiari deuotione colendū impellente, ſecundū illud ex libro Iob an̄ adductū do-

Iob. 5 cumentū. Ad aliquē ſanctorꝝ conuertere. Cui dicto innitens excellentiſſimæ eruditionis, celeberimiq; nominis uir, Iohannes Gerſon, in ope ſuo de orōne, & altero de mendicitate ſpirituali, inſcripto, hunc laudabilē morē magnopere cōmendat ſuadens cū ingēti fiducia nobis ſemp adeundū eſſe angelū ſanctū, nr̄æ cuſtodiæ a deo deputatū, nr̄æq; ſalutis, plusq̄ noſipſi ſumꝰ, ſolicitū, ſimiliter & eū, quē quiſq; ſibi delegerit ſyncæra animi affectione patronū, cui quotidie aliq́d impendat peculiaris obſequij, deuota illius inuocatione, aliove quouis modo, pio ac religioſo. Quod ubi ſedulus pſtiterit, in neceſſitate cōſtitutus dū hic uixerit, auxiliarē illū (quē ſuū habuit tutelarē) īnueniet, & fidū protectorem, pariter & in mortis anguſtia fortē propugnatorē, contra leones rugientes præparatos ad eſcam, quærentes abripere animas nr̄as cū hinc emigrant, corporumq; ſoluuntur ergaſtulo.

¶ Sāctos

## ¶ Sanctos etiã, cæreoꝝ accẽſoꝝ obſequio, & donarioꝝ ꝑ-cioſoꝝ ornatu, eſſe uenerãdos. Cap. XVII.

SVnt & alia, q̃ reuerentiã noſtrã in ſanctos teſtent̃,
exhibenda eis honorũ obſequia, ut circa altaria in
eoꝝ memoriã conſecrata, & ſacras reliquias, accẽ-
dendi cærei, & luminaria cõponenda. ¶ Quod ex I
ueteris legis obſeruatione haud difficile comprobat̃, quæ ad
concinnãdas lucernas luminariaq; accendẽda, & oleũ parari,
& lampades ſuo ordine in tabernaculo fœderis accẽdi debere
pronunciat. Dicit em̃ ſcriptura, ubi de cãdelabro aureo taber Exodi. 25
naculi fabricando facta eſt mentio. Facies & lucernas ſeptẽ,
& pones eas ſup cãdelabrũ, ut luceant ex aduerſo. Vbi per lu
cernas ſeptẽ, intelligunt̃ totidẽ lãpades oppletæ oleo, q̃ accen
debãtur, flãmaq; coruſca ardebant ad tabernaculi decorẽ. Et
paulo poſt. Præcipe filijs Iſrael, ut offerãt tibi oleũ de arbori- Exodi. 27
bus oliuaꝝ puriſſimũ, piloq; cõtuſum, ut ardeat lucerna ſemp
in tabernaculo teſtimonij. Et in multis alijs ſcripturæ locis,
ut in erectionis tabernaculi fœderis, & tẽpli p Salomonẽ cõ- Exodi. 40. 3. Reg. 7
ſtructionis enarratione, earundẽ lucernaꝝ fit mentio, q̃ ruti-
lo fulgore, noctis abigebãt tenebras, & interdiu ſplẽdore ſuo
nõ modicũ loco ſancto afferebãt ornatũ. ¶ Vnde dilucidum II
euadit, q̃ inepta fuerit & abſurda Vigilãtij hæretici aſſertio, Vigilantius
obgarriẽtis nõ eſſe in templo dei accendenda luminaria, nec
cæreos, ante ſacras martyꝝ reliquias & altaria. Quẽ in opuſ-
culo cõtra ipſum elucubrato, beatus Hieronymus his uerbis Hieronymus
cõfutat. Per totas orientis eccl'ias qñ legendũ eſt euãgeliũ, ac-
cendũtur luminaria, iã ſole rutilãte, nõ utiq; ad fugãdas tene-
bras, ſed ad ſignũ lætitię demonſtrãdũ. Vnde & uirgines illæ Mat. 25
euãgelicæ, ſemp accẽſas lampades hñt, & ad ap'los dicit̃. Sint
lumbi ueſtri præcincti, & lucernæ ardẽtes in manibus ueſtris. Lucæ. 12
Et de Iohanne baptiſta. Ille erat lucerna ardẽs & lucẽs, ut ſub Iohan. 5
typo lucis corꝑalis, illa lux oñdat̃, de q̃ in pſalterio legimus.
Lucerna pedibus meis uerbum tuũ dñe, & lumẽ ſemitis meis Pſalm. 118
Hæc Hieroñ. Qui & paulo ante oſtẽdit in codẽ libello, neq̃-
q̃ illos eſſe dandos uitio, qui pro honore ſanctoꝝ martyꝝ &
añ uenerãda eoꝝ corpora, cereos ac luminaria accẽdunt, ſiue

nocte id fiat, ſiue die. Siquidẽ flamma illa lucida cæreoꝝ, & lumen fidei ſignat quã profeſſi ſunt ſancti, in quoꝝ honorem accenduntˀ, imo mirũ ſplẽdorẽ uirtutũ, quibus hic uiuẽtes ef- fulſerunt. Signat preterea eadẽ flãma ignea ſurſum emicans, ſpem firmã, q̃ animas eoꝝ ſemp in cœleſtia bona erexerat at- q; ſubuexerat, demũ & charitatis feruorẽ, qua inflammati hic ſuauiter arſerant, & in cœlis perpetuo flagrant. Significat e-
Apoca. 21 tiã myſtice fulgida cæreoꝝ lampadũq; flãma, in ſanctoꝝ ho- norẽ accenſaꝝ, lucẽ illã perpetuã ſupernæ regionis, cui aſcri- pti ſunt ciues, claritatẽq; ſplendidã ciuitatis æternæ, quæ non indiget ſole neq; luna, qa dñs deus claritas illius eſt, & lucerna eius eſt agnus. Et hæc poſtrema uel ſola ratio ſufficere nobis deberet, ut perſuaſum habeamus non irrationabiliter id fieri nec inaniter, ꝙ in tẽplo dei accenduntˀ ad honorẽ ſanctoꝝ cæ rei ac lãpades, q̃ repræſenteᵗ clariſſima illa lux cœleſtis patriæ ſctõs ipſos q̃s ueneramur, ꝑpetuo ſplẽdore circũfulgẽs. Quã qdẽ cãm, Baptiſta Mantuanus elegãter hoc carmine expſſit.

Virtuti debetur honor, licet inclyta & expers
Mantuanus. Noctis & umbraꝝ, per totum effulgeat orbem.
Ante deum lychni in templis, funialia ad aras,
Non ut clara dies fiat lucentior, ardent,
Verum ut cœlituum patriã, ſplendore nitentem
Aethereo, & ſemper uerſari in lumine diuos
Significent, ubi nulla diem contaminat umbra.

III ¶ Sunt p̃terea honorandi ſancti donis, ampliſq; muneribus, q̃ Chriſtianoꝝ pia deuotio ultronee eis offert, nequaq̃ impro- banda (ut faciunt pleriq;, aſcribentes aurea argenteave dona- ria aut ueſtes p̃cioſas, in ornatũ tẽploꝝ oblatas, uanitati, pom- pæ & faſtui mundano) quinimo mirifice cõmendãda, & claris extollenda p̃coniis. Nẽpe in Exodo ubi conſtruendũ erat ta- bernaculũ (quod eccleſiæ ſanctæ typus erat & umbra) iuſſit dñs offerri a pplo aurũ, argentũ, gẽmas, uariãq; materiã præ-
Exodi. 25. cioſam, ad ipſius tabernaculi ſuppellectiliſq; eius, decorem ac ornatũ, ita dicens ad Moyſen & Aaron. Hæc ſunt, q̃ accipe- re debetis, aurũ & argentũ & æs, hiacynthũ & purpurã, coc- cũq; bis tinctũ & byſſum, pilos capraꝝ & pelles arietũ rubri-

catas,

catas, pelles hiacynthinas & ligna ſethim, oleũ ad luminaria
cõcinnanda, aromata in unguentũ & thymiamata boni odo-
ris, lapides onychinos & gẽmas ad ornandũ ephot, ac rationa
le. Quod prõptiſſimo animo ſunt executi tã uiri q̃ mulieres
Iſraelitice, queadmodũ poſtea ſic cõmemorat ſcriptura. Quic Exodi. 35
qd ad cultũ diuinũ & ad ueſtes ſanctas neceſſariũ erat, uiri cũ
mulieribus præbuerũt, armillas & inaures, annulos & dextra
lia, omne uas aureũ, in donaria dñi ſeparatũ eſt. Principes ue-
ro obtulerũt lapides onychinos & gẽmas, ad ſuperhumerale
& rõnale. Et tanta fuit ultro offerentiũ prõptitudo, oblatorũ Exodi. 36
q; munerꝝ in tabernaculi fabricã & cultũ multitudo, ut neceſ-
ſariũ fuerit prohibere ulteriorẽ in id opus oblationẽ. Qd' ita
ſequenti cap. ſcribit. Cũ inſtarent opi quotidie, mane uota po
pulus offerebat. Vnde artifices uenire cõpulſi, dixerũt Moy
ſi. Plus offert ppl's, q̃ neceſſariũ eſt. Iuſſit ergo Moyſes præco
nis uoce cantari. Nec uir nec mulier quicq̃ offerat ultra, in o-
pere ſanctuarij ¶ Q, ſi quis dicat, hæc oblata tãtũ fuiſſe añ cõ IIII
ſtructũ tabernaculũ, ut materiã illi extruendo ſubminiſtrarẽt
poſt illud uero expletũ, nõ eſſe ſolitas fieri donariorꝝ oblatio-
nes, audiat is attente q̃d in libro Numeri legit factũ a principi Numeri. 31
bus populi Iſraelitici, poſt cõfectũ fœliciter bellũ cõtra Ma-
dianitas. Cũq; acceſſiſſent (inquit) principes exercitus ad Mo
yſen, & tribuni centurioneſq;, dixerũt. Nos ſerui tui recenſui
mus numerꝝ pugnatorꝝ, q̃s habuimus ſub manu nr̃a, & ne u-
nus quidẽ defuit. Ob hãc cauſam offerim⁹ in donarijs dñi, ſin
guli q̃d in præda auri potuimus inuenire, periſchelides & ar-
millas, annulos & dextralia ac murenulas, ut depreceris ꝑ no
bis dñm. Quid p̃terea memorẽ magnificentiã, ſplendorem &
cultũ tẽpli a Salomone cõſtructi: quanta fuerit in eo materiæ
p̃cioſitas, ubi ferme oĩa ex auro erãt cõflata, & nihil erat in eo 3. Reg. 6. 7
qn integeret auro: quantus itẽ in eo rerꝝ oĩm ornatus & de-
cor, ac opis excellentia: Si in eo igit tẽplo, in quo offerebant
uituli, arietes, & agni, tantã deus exquiſiuit & probauit opu-
lentiã ac pulchritudinẽ, qd in eo faciundũ tẽplo, in quo unica
& ſalutaris offert hoſtia uiua & uera, ſacroſanctũ Chr̃i corpus
& p̃cioſus eius ſanguis: nõne & id ſplendide adornandũ eſt,

 mirifice-

mirificeq; decorandū. Sacra itidē ſanctoꝝ corpora & reliquiæ
capſulis ꝑcioſis recōditæ, auro argētoq; & gēmis exornādæ
ſunt, donariaq; illis ex pia deuotiōe offerēda, qñquidem id in
ſctōꝝ nō modicā cedit uenerationē, ſyncærūq; declarat hoim
V hæc offerētiū dona, in eos affectū. ¶Q; ſi qs obiectet, in an-
tiqua qdē lege cōſtructū deo tabernaculū & tēplū, magnifice
fuiſſe excultū ac adornatū, nō tñ ex ſcriptura haberi, in eo tē-
poris decurſu aut ſctis extructa fuiſſe tēpla, aut ipſis oblata a
ppl'o dei uota. Ita & in euāgelicæ legis tpe, magnope id com-
mēdādū eſſe, ſi deo erigant tēpla, cōſecrent altaria, ſuſpēdant-
q; ꝑcioſa donaria. Nō aūt probādū illud, ꝙ ſanctis ſupba cō-
ponant delubra, aræ cōſecrent, aut offerant dona, ꝙ ita faciē-
tes, uideamur ſoli deo deferēda obſequia, in ſctōs trāsferre, q̄-
q; uni deo ſunt debita, ſanctis impēdere. ¶Illi plane rñdendū
eſt, in ueteri lege nec erecta fuiſſe ſanctis tēpla, neq; aras poſi-
tas, qm̄ nondum erat tunc cultus ſanctoꝝ patriarchaꝝ, pro-
phetarū, aliorūq; piorū patrū inductus. Necdū em̄ uenerat il-
le ſanctus ſanctoꝝ, q inter ſanctos oēs merito primatū debu-
it obtinere, ſanctificationis ois author & fons. Nōdū etiā ſan-
cti illi patres, ingreſſi fuerant ciuitatē ſanctā Hieruſalē, in qua
uiſione dei pfruerent, ſed expectatiōe certa præſtolabant ad-
uentū filij dei & redēptoris mundi, qui eos reſeratis paradiſi
foribus induceret in requiē ꝑpetuā. Poſtq̄ aūt Chrūs ſupad-
mirabilē ſanctitatem ſuā mundo exhibuit, q̄ plurimos habuit
uirtutū ſuarū imitatores, qui mūdo exempti protinꝰ in æthe-
reas ſedes euolarunt, & idcirco Chriſtiana religio, recte ipſos
etiā inſtituit religioſo cultu uenerādos. At cū ſanctis cōſtitu-
unt altaria, offerunt dona, celebrantq; dies feſti, hæc credētiū
Cap. 2 in deū deuotio, nequaq̄ in ipſis ſubſiſtit (ut añ etiā eſt dictū) ter-
minatq; ſanctis, ſed ulterius in honorē diuini nominis refert,
quēadmodū & amor ſanctus q̄ proximus diligit, cōſequēter
in deū refert, & in ipſo proximo deus diligit. Haud aliter cū
ſancti pia ueneratione a nobis honorant, nō quieſcere debet,
nec ſubſiſtere noſter animus in ipſorū ſanctoꝝ cultu, ſed aciē
mentis ultra in deū deflectere, & ita in ipſis ſanctis deū hono-
rare, qui eos ſanctificauit & glorificauit. Quod cū facimus,
planum

planũ eſt tẽploꝝ cõſtructione, cõſecratione altariũ, & oblati one muneꝝ ſanctis exhibita, deũ quoq; honorari, coli, & prædicari, & hæc omnia, deo ut ultimo fini, demũ impendi.

## ¶ Sacras etiam ſanctoꝝ reliquias pia deuotione honorãdas eſſe, & imagines eorũdẽ in tẽplis itidem rite uenerandas. Cap. XVIII.

NEc ipſis ſolũ ſanctis, quantũ ad animas eoꝝ & ſpũs I
apud deũ beatos, exhibenda eſt honorabilis ueneratio, ſed & ſacris ipſorũ exuuijs, ac corporibus apud nos relictis, qꝛ habitudine quadam illis fuerint aliqñ cõiuncta, utpote tanq̃ partes ſuis totis. Quã etiã habitudinẽ ſeruant & ipſoꝝ corpoꝝ ſanctoꝝ particulæ, ut oſſa ſacra, aut pulueres ac cineres, in quos ipſa corpora ſunt reſoluta. Hæc eñ oĩa, generali ſanctaꝝ reliquiarum nõne cõprehẽſa, ueneranda nobis ſunt, ſicut & ipſoꝝ corpora, qꝛ habitacula quondã fuerint, ſedes & tabernacula animarũ ſanctaꝝ, organaq; & inſtrumenta bonorũ operũ q̃ in hac uita exercuerunt, & ob quæ, in ſanctoꝝ numerũ ſunt a deo aſſumpti. Si enim purpura regis, ſceptrũ aut diadema, extrariũ ueſtimẽtum & ornamentũ, habent in honore, qꝛ regi circũponãtur atque admoueant, repræſentãtq; indicio quodã regiã maieſtatẽ, cur nõ multo magis honorabunt ſanctoꝝ reliquiæ & corpora, quondã animarũ ſanctaꝝ animata indumenta, futuraq; rurſum eaꝝ operimenta: cũ ſcilicet in cõſummatione ſeculi indu- Pſal. 149.
ent immortalitatis ſtola, cũ exultabunt ſancti in gloria, & lætabunt in cubilibus ſuis, ſanctis ſcilicet corporibus, in q̃bus ꝑpetuo quieſcẽt, habitabũt & glorificabunt. Legimus ſane in 4. Reg. 13.
ſacris literis, cadauer hoĩs mortui proiectũ in ſepulchrũ He- Heliſeus.
liſei prophetæ, attactu ſacri corporis eius reuixiſſe, q̃ intelligamus, deũ ob præclarã ꝑteritæ uitæ ſanctimoniã, ad ſanctorũ iã defunctoꝝ corpa, etiã mira operari ſigna, & inde dicamus ratiocinationẽ, ipſa nõ eſſe cõtemptui habẽda nec flocci pendenda, ſed honorabiliter uenerãda. Legimus itẽ ſacræ uir- Lucia.
ginis Luciæ matrẽ, cõtactu ſepulchri S. Agathę, a profluuio Agatha.
ſanguinis eẽ liberatã. Rurſum btũs pr̃ Auguſt. in uiceſimiſe- Auguſtinus.
cũdi libri de ciuitate dei, cap. 8, permulta refert miracula, ſuo

tẽpore

Stephanus — tpe ad memoriã reliquiaſq; beati protomartyris Stephani, in
Ambroſius — Africa eſſe facta. Ad hæc S. Ambroſius in deſcriptione uitę
& agonis pro Chřo ſanctiſſimæ uirginis & martyris Agne-
Agnes — tis, refert Conſtantiã filiã Cõſtantini Romanoꝶ imperatoris
Conſtantia — graui uulneꝶ dolore toto in corpore afflictã, ueniſſe ad ſepul
chrũ ſanctæ Agnetis, cuius famã ex aliorũ relatione audiue-
rat, & ibidẽ oratione facta (licet adhuc eſſet infidelis) placido
ſopore correptã, uiſitatione benigna beatæ Agnetis, ab omi
plaga fuiſſe protinꝰ curatã. Quod quidẽ miraculũ (inquit) cũ
percrebuiſſet, cõfluxerunt q̃ plurimi ægroti credẽtes in Chri
ſtũ, ad ſacræ Agnetis tumulũ, & illius meritis integrã obtinu
erunt ſanitatẽ, a quacũq; detinebant infirmitate. Accedit iti-
Auguſtinus — dem prædictæ ſniæ beatus Auguſtinus, in libro de diffini-
tionibus orthodoxæ fidei & eccleſiaſticis dogmatibus, capi
te triceſimoſexto, dicens. Sanctoꝶ corpora & præcipue be
atoꝶ martyꝶ reliquias, ac ſi Chři mẽbra, ſyncæriſſime hono
randa, & baſilicas eorũ nominibus appellatas, uelut loca ſan-
cta diuino cultui mãcipata, affectu piiſſimo & deuotione fide
liſſima adeundas credimus. Si quis cõtra hanc ſniam uenerit,
nõ Chriſtianus, ſed Eunominianus & Vigilãtianus creditur
Hæc Auguſt. In cõpluriũ itidẽ ſanctorũ corporũ inuẽtione,
aut trãſlatione, multo poſt ſacrã ob dormitionẽ ipſorũ tpe fa-
cta, dignatus eſt deus tranſactã illorũ ſanctitatẽ inſignibꝰ mi-
raculis teſtificari, & q̃ honorãda eſſent illa corpora, pateface
re. Quis demũ referre queat, q̃t & quanta miracula operatus
eſt olim deus ad ſacras quorũuis ſanctorũ reliquias, in ijs q re-
ligioſa pietate eas uiſitauerint ac honorauerint? Opatꝰ eſt (in-
quã) admirãda illa ſigna deꝰ, in p̃teritæ ſctitatis illoꝶ indiciũ
ac teſtimoniũ, ipſorũq; uiuẽtiũ ſolatiũ ac ſubſidiũ. Qui cũ corã
cernũt ſacra oſſa ſctõrũ & reliqas, inducunt in memoriã ex-
cellentit eorũ uirtutis ac recordationẽ, incitantq; ardentius ad
ipſorũ ſanctoꝶ uenerationẽ, q̃nquidẽ ſacris oſſibus honor ex
hibitus, in ipſos deinceps referri ſanctos, quorũ ſacri ſunt cine-
res & reliquiæ. Demũ & excitant uiuentes per hmõi uenera
tionẽ ſanctorũ corporũ, in ardorẽ & ſtudiũ imitationis eorũ,
ut quorũ honorãt ſacros cineres, eorũdẽ ſtudioſe cõſectẽtur
acta,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

acta & mores. ¶ Porro hãc ſanctarũ reliquiarũ ueneratione͂, II Damaſcenus.
inter cæteros patres antiquos mirũ in modũ cõmendat Da-
maſcenus, quarti libri de fide orthodoxa, cap. 16. dicens. Q
aũt per mente͂ corpora ſanctoꝝ inhabitauerit deus, dicit apl's. I. Corin. 6.
Neſcitis qa corpora ueſtra, ſpũs ſancti habitãtis in uobis, tem
plũ eſt? dñs aũt, ſpũs eſt, & ſi quis te͂plũ dei corruperit, corrũ-
pet & illũ deus. Qũo igit nõ honorãda ſunt animata templa
dei, & animata tabernacula? Fontes nobis ſalutares, domina-
tor Chr's prebuit, ſanctoꝝ reliquias, multimoda beneficia ſca
turientes, unguentũ ſuauitatis emanãtes, & nullus diſcredat. Exodi. 17.
Si em̃ ex rupe & firmo ſaxo, aqua in eremo proſiluit uolente Numeri. 20
deo, & ex maxilla aſini, Samſoni ſitienti, ex martyꝝ reliquijs Iudicum. 15
unguentũ ſuaue olens emanare, incredibile eſt? nullo pacto
profecto ijs, q ſciunt dei uirtute͂, & ab ipſo ſanctoꝝ honorem
Et paulo poſt ide͂ author oſte͂dens, non dicenda eſſe corpora
ſctõꝝ oino mortua, omniq; uirtute uiuifica & miraculoꝝ o-
peratione deſtituta, ſubnectit. Eos qui in ſpe reſurrectiõis & Damaſcenus.
fide q̃ in Chr'o eſt dormierunt, nõ mortuos appellamꝰ. Mor-
tuũ em̃ corpus, qũo miracula opari poteſt? Qũo igit per eos,
dæmones abigunt, infirmi curãtur, cæci uident, læproſi mun
dãtur, tentationes & triſtitiæ ſoluunt? Hæc ibi. Quæ oĩa, per
adiectũ iã pride͂ ꝑdicto operi cõmentariũ, latius ibide͂ explica
uimus. ¶ At uero qm̃ hac eade͂ de re B. Hieronymus elegã- III
ter & abunde diſſeruit, tũ in ſuo contra Vigilãtiũ, negãte͂ re- Hieronymus.
liquias ſctõꝝ eſſe uenerãdas, opere, tũ in ep'la ad Ripariũ, con
tra eãdem Vigilãtij blaſphemiã, illi operi ſubiuncta, nõ e͂ cur Vigilantius
diutius huic immoremur negocio, & trãſeundũ nobis ocyus
eſt ad aliũ (q̊ ſanctos honoremꝰ) modũ, utpote per erectione͂
in propatulo ac collocatione͂ in te͂plis, ſacellis ac oratorijs, ima
ginũ ac ſtatuarũ, ſanctos ipſos repſentãtiũ. Quarũ conſpectu,
obijciat animo nr'o illoꝝ memoria ac recordatio, & exinde in
citet mens torpida ad deuotione͂ atte͂tiore͂ in eos, q talibus ſi-
gnãtur imaginibꝰ, deniq; ut ex ſignis ipſis feramur ad eos ho-
norãdos, q hmõi ſignis repræſentãtur, necnõ inſtimulemur
quibuſdã calcaribus & aculeis ad imitatione͂ uirtutis egregiæ
ipſorũ ſanctoꝝ, quoꝝ imagines obijciũtur oculis noſtris. Siq

 dem

dem illuſtriũ uiroꝝ ſtatuas magnã uim habere, ad excitãdam
in animis humanis flammã uirtutis & honeſti, teſtatur aperte
Saluſtius(ſi modo indecoꝝ non ſit, prophana ad ſacroꝝ ap-
probationẽ adducere, quod tamen uiri ſancti & doctrina per
celebres nõ abhorruerũt) ita dicens in procœmio belli Iugur-
Saluſtius thini. Sæpe audiui ego Q. Maximũ, P. Scipionẽ, præterea ci
uitatis noſtræ præclaros uiros, ſolitos ita dicere, cũ imagines
maioꝝ intuerentur, uehementiſſime ſibi animũ ad uirtutẽ ac
cendi, ſcilicet nõ cæream illã neq; figurã, tãtam uim in ſeſe ha
bere, ſed memoria rerum geſtaꝝ, eam flammam egregijs uiris
in pectore creſcere, neq; prius ſedari, q̃ uirtus, eorum famam,
atq; gloriã adæquarit. Hæc ibi. Q; ſi ſtatua ærea uel marmo
rea a generoſis illis uiris conſpecta, & inde naſcẽs rerum præ-
clare geſtarum recordatio, ſuſcitare potuit ingentem uirtutis
flammã in animis eoꝝ, quidni idem facient in nobis ſanctorũ
imagines ac figuræ, inſignia uirtutũ quibus emicuere præfe-
rentes? Nõne uehemẽtiorẽ in nobis flammã accendẽt, ad imi
tanda, nõ adumbrataꝝ fuco, & ſpecie tenus imaginẽ honeſta
tis oſtentãtium (quales fuerunt ethnicoꝝ) ſed uerarum uirtu-
tum exempla? Vt cum ipſos per huiuſmodi uirtutum, ſtatuis
aut picturis expreſſaꝝ callem, ad supernã ciuitatẽ perueniſſe
cognouerimus, eodẽ omnino tramite, ad eãdẽ quoq; æternæ
beatitudinis ſedem (nã hæc domus, hæc patria eſt, requies ea
certa laboꝝ) peruenire ſatagamus. ¶ Hæc dixerim, ut execra
bilẽ eoꝝ damnem ueſaniã, qui noſtra tempeſtate annituntur
imagines ſanctoꝝ tẽplis penitus eradere ac ſuſtollere, cõten-
dentes earum ritum ac uſum, quendã præ ſe ferre cultũ ido-
lorum, iã olim a Chriſto & apoſtolis exploſum. Verũ aut nõ
intelligũt hi damnatores imaginũ, aut intelligere nolũt, chri-
ſtianos ipſos cum uenerãtur ſanctoꝝ figuras aut picturas, ne-
quaq̃ ipſis affigi inhærereq; imaginibus ex inſtituto eccl'iaſti-
co, ſed q̃d per eas ſignat, p̃ſertim honorare, & ex illis tanq̃ ſi-
gnis, in illud q̃d p eas ſignificat, mẽtẽ & honorationẽ cõuer-
tere. Collocant eñ ſanctoꝝ imagines in tẽplis, ut ſigna q̃dã
uenerabilia, p q̃ feramur in ſctõs illis repræſentatos, eoſq; ſyn-
IIII cærius honoremus. ¶ Sed audiãt illi q ſopitos ſuſcitãt cõten-
tionum

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

tionũ ignes, & dãnatas longo ante tpe ſectas improbas (de q̃-
rũ numero, eſt hæc de tollẽdis ſanctoꝝ imaginibus impietas)
gaudẽt ac ſtudẽt in lucẽ reuocare, audiãt inquã Damaſcenũ Damaſcenus.
ipm, in. 4. lib. de fide orthodoxa dicẽtẽ de ſanctis. Statuas il-
lis erigamus & uiſibiles imagines, & noſipſi, animatæ ſtatuę
& imagines ipſoꝝ, uirtutũ imitatões efficiamur. Et paulo poſt
idẽ author, cõtra exprobrãtes etiã ſua tẽpeſtate chriſtianis ue-
neratiõnẽ imaginũ ſanctaꝝ, ait. Quia nõ oẽs, literas norũt, ne
q; lectioni incumbũt, patres noſtri cõſenſerũt ueluti quædã
trophæa hæc in imaginibus repſentare, ad promptã memo-
riã. Siquidẽ ob negligẽtiã frequẽter cogitatione nõ tenentes
paſſionẽ Chri, imaginẽ transfixionis Chri uidẽtes, in ſaluato
ris paſſionis memoriã redimus, & procidẽtes adoramus non
imaginẽ, ſed imagine repræſentatum, ut neq; materiam, ex q̃
ſcriptum eſt euangelium. Sic neq; crucis materiam adoram⁹,
ſed quod typo figuraq; exprimitur. Nã quid refert crux a ma
teria, ſi nõ habet Chriſti repræſentationem? Et reliqua, quæ
in hãc ſentẽtiam toto illo cap. decimoſeptimo quarti ſui libri
præclare proſequit. ¶ Cæteꝝ eſſent hoc loco complura, de
imaginum ueneratione diſſerenda, niſi ſingulari eruditiõe p̃-
ſtans & inſignis uir, Iohãnes Eccius, ſuperioribus diebus cõ- Iohannes
pendiariã de nõ tollẽdis ab eccleſia ſanctoꝝ imaginibus deci Eccius.
ſionem ædidiſſet, utilẽ plane & ſucculentã, ad cuius lectionẽ
(nã oĩbus in promptu eſt, & ad manũ) ſtudioſum lectorem re
mitto, q in ea affatim inuenïẽtur ac copioſe, q̃ ad hãc de uene
rãdis imaginibus materiã attinẽt. Itaq; nobis oĩbus ſummo-
pere curãdũ eſt, ut ſanctos oẽs æternæ gloriæ participes dig-
no proſequamur honore, cõcinentes illis debita laudũ præco
nia, accenſis luminaribus donariiſq; p̃cioſis ipſos adornãtes,
ſacras demũ ipſoꝝ reliquias & imagines cõgrua ueneratione
honorãtes, q̃ tãdẽ ipſoꝝ patrocinio ac interceſſione, ꝑpetuum
regni cœleſtis aſſequamur cum eis conſortium. Quod nobis
annuat deus omnipotens, & benedictus in ſecula. Amen.

¶ Primi libri de veneratione ſan-
ctorum, finis.

## ¶SECVNDI LIBRI DE VENERATI- one ſanctorum, caput primum, oſtendens eccleſiã, ſan- ctos non eodem quo deũ, honore colere, ſed in- feriore, & ordini eorum congruo.

AD conficiendũ auſpicato & fœliciter bellũ, nõ
ſatis eſt ſtrenuũ militẽ multa in hoſtes iacula ui-
brare, q̃bus ſaucientˀ ac ſternãtur humi, uerũetiã
eſt operæpreciũ illi, cõtorta ab hoſtibus tela re-
tundere, ac reijcere uibrata in ſe ſpicula, ne ipſi
acriter belligerãti exitiale uulnus inferãt. Haud ſecus in lite-
rario certamine, & rõnes ad cõprobãdã materiã propoſitam,
opus eſt adducere, & aduerſarioꝝ deinde rõcinationes oppo
ſitã p̃tem aſtruere molientes, diluere ac refellere. Cũ igitur in
primo libro iã exacto, multis rõnibus & grauiũ ſcriptorũ au-
thoritatibus utcũq; ſuffulta ſit de uenerãdis in eccelſia ſanctis
ſn̄ia, nunc reliquũ eſt pro pollicitatione nr̃a, in ſecũdo huius
opuſculi libro afferre in mediũ aliquot rõcinationes aduerſa-
rioꝝ, q̃bus annituntˀ oſtendere, ſanctos æternæ beatitudinis
gloria donatos, nequaq̃ honorãdos eſſe, eaſq; pro uirib⁹ diſ-
ſoluere. ¶ Et primo quidẽ loco obijciunt, cultũ honorificũ ſo
I li deo deberi, nec alij cuiq̃ (q̃talibet excellat dignitate, ſubli-
miq; throno in cœlis emineat) impendi eũ debere, ſecũdũ illd̃
Eſaiæ. 42 dei per prophetã enunciatũ uerbũ, gloriã meã alteri non da-
bo. Non igiť (inquiunt) cuiq̃ ſanctoꝝ impẽdendus eſt honor
II ne q̃d dei eſt propriũ, cõmuniceť creaturæ. ¶ Quibus reſpon
dendũ eſt, nõ eundẽ prorſus nec eiuſdẽ rõnis cultũ, deo bebe-
ri & ſanctis eius, neq; eiuſdẽ gradus aut dignitatis honorem,
quẽadmodũ adducta rõ probe conficit, nec aliud quippiam.
Nã q̃to deus, creatura ſuperior eminet, tãto honor deo a nob
impẽdẽdus, auguſtior eſt ac eminentior, q̃ is qui ſanctis exhi
beť. Deũ nãq; colimus, ut ſummũ & optimũ reꝝ authorẽ, o-
mniũ q̃ ſubſiſtunt eminentiſſimũ, oĩbus præſidentẽ, oĩa ſapi-
entiſſime gubernãtẽ, a quo ſunt oĩa, a quo nr̃a pendet ſalus &
uita, quiq; indultor eſt gratiæ & gloriæ. At q̃s adeo mẽte ca-
ptus eſt, ut deiparæ uirgini Mariæ, aut cuiq̃ ſctõrũ hos aſcri
bat titulos, hæc tribuat p̃conia? Nemo certe ſanctoꝝ eſt quã-
tũlibet.

tūlibet excelſo throno collocatus in cœlis, qui mūdi cōditor, gubernator & rector, hominūve ſalus pcipua, dici uere queat. Q. ſi qs ea rōne qua deū diximus colendū, aliquē ſanctorū colat, totā ſuā ſpem & fiduciā in eo ſancto collocans, & ad ipſum ut unicū ſalutis ſuæ authorē cōfugiens, is plane tota aberrat uia, deoq; debitū cultū, exhibet creaturæ, q̊d profecto grauiſſimū eſt nefas & piaculū. Verū quis hāc recte nexuerit ratiocinationē, aut quis diſſerendi peritus eā probauerit? Non eſt ſanctis ipſis cœli ciuibus, idē qui deo, impēdendus honor: nullus igit ipſis recte pt honor impendi. Eſt em̄ ea, prorſus cōſimilis huic ratiocinio. Nō eſt proceribus regni, idē qui regiæ maieſtati, deferendus honor, nullus igit principibus ſub rege conſtitutis, ducibus militiæ, pfectis & magiſtratib⁹, debet honor deferri. Quod q̄ ſit mācum & inualidū. ipſi qui negāt ſanctos eſſe honorādos, dijudicēt, fateanſq; uel inuiti ex recto inferiorū rerū ordine, q haud dubie terreno regi in ſuo regno, primus debet honor, nihilo ſecius principibus eius ac proceribus, ut adminiſtrationē aliquā regni ſub rege gerētibus, amiciſq; & familiaribus regis, ſecundo loco & ſuus itidē ē exhibendus honor. Si quis aūt ptinaciter cōtenderet, ſolū regē honorādū eſſe, nullos aūt eius principes honore affici debere is nimirū foret explodēdus, & debita caſtigādus pœna. Haud aliter deo, regi regū, & dño dñoꝝ, primarius eſt & ſummus honor tribuendus, ſanctis uero ut amicis dei, conregnātibus illi, & ad ſublime cœli ſoliū fœliciter euectis, ſecundo loco, & cuiq; pro ſuo gradu, honor itidē præſtādus eſt. Et quēadmodū beaus Paulus, cui honorē debemus, monet honorē impendere, ita & quātū ac qualē cuiq; debemus, deo ſcilicet & ſanctis quibuſlibet, qūo identidē & in quo gradu, tantū ac talē, eo mō & gradu, cuiq; impendamus, atq; ita facientes neq̄ q̄ delinquemus, neq; deū ipſum nec ſanctos, eius hæreditantes regnū, offendemus. ¶ Porro haud difficile fuerit, grauiſſimorū patrū teſtimonijs oſtendere (q̊d tñ, uel ſine teſtimonijs eſt apertiſſimū) nos, ſanctis eſſe deferendū honorē, ponentes nequaq̄ ipſos æquo honore colere, q̊ deū eſſe colendū prædicamus. Et primū teſtimonio beati Hieronymi, qui in epl̄a ad

Roma. 13.

III.

Hieronymus Ripatiũ, cõfutatoria impietatis inſani Vigilantij ait. Nos aũt
nõ dico martyꝝ reliquias, ſed ne ſolẽ quidẽ & lunã, nõ ange-
Ephe. j. los, nõ archangelos, nõ ſeraphim, nõ cherubim, & omne no-
Roma. j. men quod nominať & in præſenti ſeculo & futuro colimꝰ &
adoramus, ne ſeruiamus creaturæ potius q̃ creatori, q eſt bñ-
dictus in ſecula. Honoramus aũt reliquias martyꝝ, ut eũ cuiꝰ
ſunt martyres, adoremus. Honoramus ſeruos, ut ſeruorũ ho-
IIII nor redundet ad dñm, qui ait. Qui uos ſuſcipit, me ſuſcipit.
Mat. jo. ¶ Accedit illi Auguſtinus, libri octaui de ciuitate dei, cap. ul
Auguſtinus timo, dicẽs. Nec tñ nos eiſdẽ martyribus, tẽpla, ſacerdotia,
ſacra, & ſacrificia cõſtituimus, qm̃ nõ ipſi, ſed deus eoꝝ, nob
eſt deus. Honoramus ſane memorias eoꝝ, tanq̃ ſanctoꝝ ho-
minũ dei, q uſq; ad mortẽ ſacroꝝ ſuoꝝ corporũ, pro ueritate
certarũt, ut innoteſceret uera religio, falſis religionibus uictis
atq; cõuictis, q̃d etiã ſi qui antea ſentiebãt, timendo reprime-
bãt. Quis aũt audiuit aliqñ fideliũ, ſtãtem ſacerdotẽ ad altare
etiã ſuper ſanctũ corpus martyris ad dei honorẽ cultũq; con-
ſtructũ, dicere in precibus. Offero tibi ſacrificium Petre, uel
Paule, uel Cypriane? cũ apud eoꝝ memorias offerať deo, qui
eos hoĩes & martyres fecit, & ſanctis ſuis angelis cœleſti ho-
nore ſociauit, ut ea celebritate, & deo uero de illoꝝ uictorijs
gratias agamus, & nos ad imitationẽ taliũ coronarũ atq; pal-
marũ, eodẽ inuocato in auxiliũ, ex eorũ memoriæ renouatio
ne, adhortemur. Quæcũq; igiť adhibenť religioſoꝝ obſeqa
in martyrũ locis, ad ornamẽta ſunt memoriarũ, nõ ſacra ſunt,
uel ſacrificia mortuoꝝ tanq̃ deorũ. Hæc ibi. Idẽ q̃q; in uiceſi
Idem miſecũdi libri de ciuitate dei, cap. decimo, loquẽs de miracu-
lis, ad martyrũ memorias fieri ſolitis, & in octauo eiuſdẽ libri
capite, diffuſe ab eo cõmemoratis, ait. Faciunt aũt iſta marty
res, uel potius deus, uel orãtibus aut cooperãtibus eis, ut fides
illa proficiat, q̃ eos, nõ deos eſſe nr̃os, ſed unũ deũ habere no-
biſcũ, credamus. Et paucis interiectis ſubiũgit. Nos martyri-
bus nr̃is, nõ tẽpla ſicut dijs, ſed memorias ſicut hoĩbus mortu
is, q̃ꝝ apud deũ uiuũt ſpũs, fabricamus. Nec ibi erigimus al-
taria in qbus ſacrificemus martyribus, ſed uni deo & martyꝝ
& nr̃o, ſacrificiũ immolamꝰ. Ad q̃d ſacrificiũ, ſicut homines
dei, qui

dei, q mũdũ in eius cõfeſſione uicerũt, ſuo loco & ordine no-
minãtur, nõ tñ a ſacerdote q ſacrificat inuocãtur. Deo quippe
nõ ipſis ſacrificat, q̃uis in memoria ſacrificet eorũ, quia dei ſa
cerdos eſt, nõ illorũ. Ipſum uero ſacrificiũ, corpus eſt Chriſti
q̃d nõ offert ipſis, qa hoc ſunt & ipſi. Hæc Auguſt. In qbus
uerbis dilucide oſtendit, alia prorſus rõne deũ a nobis colẽdũ
& alia martyres cæteroſq; ſanctos uenerãdos.

¶ Nõ ſoli deo honorẽ exhiberi debere, ex diuino inſtituto,
ſed & alijs, etiã in terra adhuc degentibus. Cap. II.

INſiſtũt rurſum acrius aduerſarij, & illud B. Pauli I.
uerbũ ad Timotheũ nobis ut telũ intortũ obiectãt. I. Timo. I.
Regi ãt ſeculorũ immortali, inuiſibili, ſoli deo, ho
nor & gloria, in ſecula ſeculorꝶ Amẽ. Ex q̃, ita ne-
ctunt rõnem. Soli deo honor & gloria (ut ait Paulus) eſt im-
pendẽda, Nõ igit quibuſcunq; ſanctis, ullus debet honor, qñ-
quidẽ nullus eorũ eſt deus. ¶ Verũ qui ita inſurgunt & rõci- II.
nãtur, ignorare uident particulã excluſiuã ſoli, in datiuũ deo,
dumtaxat ferendã, nõ aũt in ſequentia, ut hic habeat ſenſus.
Ei qui ſolus deus eſt natura, & cõſortium diuinitatis nõ habet
cũ alijs rebus cõmune (quẽadmodũ ethnici, plures ſibi cõſtitu
erũt deos, magnãq; deorũ turbã coluerũt) ei inquã, ſit honor
& gloria, in ſecula ſeculorũ. Itaq; dictio ſolus, ibidẽ tãtundem
ualet atq; unicus, ut ſoli deo, id eſt uni ſiue unico deo, gloria,
& honor tribui debere, prædictis beati Pauli uerbis deſignet
Secundum quam etiam acceptionem ſumitur eadem dictio,
quãdo apud Iohãnem Chriſtus patrem orans dicit. Hæc eſt Iohan. 17
autem uita æterna, ut cognoſcãt te, ſolum deum uerꝶ, & quẽ
miſiſti Ieſum Chriſtum. Vbi patrem uocat, ſolum deum ue-
rum, ad excludendã deorum pluralitatẽ & multitudinẽ. Quẽ
admodũ & apud Eſaiam, ad deſignãdam dei & ſummi domi
ni uanitatem, ipſe deus inducitur loquens. Ego dñs & nõ eſt Eſaiæ. 48.
amplius, & extra me nõ eſt deus. Et rurſum. Ego dominus,
& nõ eſt alter, formãs lucẽ & creans tenebras. Et ſciãt hĩ qui
ab ortu ſolis, & q ob occidẽte, qm̃ abſq; me nõ eſt deus. Eo-
dem quoq; loco. Ego dominus, & nõ eſt alius. Ibidem etiã ꝑ
pheta ad deum uerba dirigens ait. Tantum in te eſt deus, & Ibidem

nõ eſt

non eſt abſq; te deus. Ex hoc aũt ꝙ ſoli, unicoq; deo honor & gloria debeť, ex citatis ad Timotheũ uerbis apoſtoli, haudq̃; q̃ recte colligas, nullis alĳs honorẽ eſſe exhibendũ, neq; ſctõs a nobis minime eſſe honorãdos, ſicut nec ex eo ꝙ ſoli, unique deo debeť amor ſyncærus (non em̃ plures dĳ, amãdi ſunt aut honorãdi qm̃ non ſunt plures dĳ, ſed unus ſolus deus) apte qs cõficiat, nulla alia penitus eſſe amãda, qm̃ diuino etiã præcep-
Matt.22 Matth.5. to obſtringimur ad amandũ proximũ noſtrũ ſicut noſipſos, quinimo & ad inimicos nr̃os diligendos, orationiſq; benefi-
III. ciũ illis impendendũ. ¶ Q; ſi quis intelligat in ſupradictis B. Pauli ad Timotheũ uerbis, excludendi notã dictione ſoli ſignatã, ferri in uerbũ ſequens ſubauditũ ſit, & nõ in datiuũ deo, ineptũ prorſus & a ueritate alienũ reddet ſenſum, ſcȝ hmõi, deo dũtaxat ſit honor & gloria, cætera aũt oĩa citra deũ, honoris & gloriæ prorſus ſint immunia, neq; illius habeant participationẽ. Qui em̃ ita diuini honoris zelo duceret, ut ſolum deũ (cæteris oĩbus excluſis) duceret honorandũ, eo ipſo deum inhonoraret, q in ſacris literis etiã hoĩes, ob gradus, officĳ, aut poteſtatis authoritatẽ, iuſſit honorari, ut parẽtes, ſenes, reges, & ſacerdotes, quẽadmodũ apertis ſcripturæ teſtimonĳs cap. ſecundo primi libri iam eſt oſtenſum, & argumento, a ſimili, atq; a maiori ſumpto, ibidẽ monſtratũ, ſanctos ipſos ob quadruplicẽ hãc rationẽ, qm̃ parentes noſtri ſunt, & ſeniores, reges itẽ & ſacerdotes myſtici, ualentiore iure a nobis eſſe ho-
Roma.13 norandos. Præterea, B. Paulus ad Romanos ſcribens, eos exhortať, ꝙ ſint charitatẽ fraternitatis inuicẽ diligentes, honore inuicẽ præuenientes. Hoc poſteriore uerbo ipſos admonẽs, ꝙ alios añ honorent q̃ ab eis honoreť, ſeq; inuicẽ mutuis præ-
Philip.2 ueniant honoꝝ obſequĳs. Idẽ quoq; ad Philippẽſes ſcribens de Epaphrodito, cooperatore ſuo in miniſterio uerbi dei, ait. Excipite itaq; illũ cũ omni gaudio in dñõ, & hmõi cũ honore habitote. Vbi petit a Philippenſibus Epaphroditũ cũ de-
I.Timo.5 bitõ honore ſuſcipi ac obſeruari. Rurſum in prima ad Timotheũ epl'a idẽ inquit. Qui bene preſunt preſbyteri, duplici honore digni habeãť, maxime qui laborãť in uerbo & doctrina. Quibus uerbis, eccleſiæ preſides, uerbiq; diuini predicatores & docto-

& doctores, magno in honore habendos præcipit. Demum
idē in ſequente eiuſdē epiſtolæ capite dicit. Quicūq; ſunt ſub I. Timo. 6
iugo ſerui, dn̄os ſuos omni honore dignos arbitrent̄. Vbi ſer
uos hoc ſalutari inſtituit documento, ꝙ dn̄os ſuos ſingulari
proſequant̄ honore. Quid igit̄ ad hæc dicent, ſoli deo hono-
rē impendi debere cōtendentes, nulliſq; alijs aut ſanctis, aut
hominibus, honorē deferri poſſe putantes? cū uideant ex ſcri
pturis apoſtolicis tot teſtimonia, honorē hominibus adhuc p̄
ſentē agentibus uitā, eſſe exhibendū cōprobantia. Et ſi morta
libus in hac uia peregrinationis cōſiſtentibus debet̄ honor, ut
multifariā nūc eſt oſtēſum, quis nō uideat potiore iure & ſan
ctis, expleto uitæ p̄ſentis curſu, in cœlo gaudētibus, honorem
deberi? ut quoꝝ cōditio melior, ſtatus fœlicior, gradus altior IIII
& dignitas ſit ſublimior. ¶ Cæteꝝ adijciamus id unū, diuino
ſcilicet p̄cepto (accedēte illi eccleſiaſtica cōſtitutione) nos a- Exo. 20.
ſtringi ad ſanctoꝝ honorationē. Quoniā dei mandatū cōſti-
tuit ſanctificādum eſſe ſabbatū, ut neminē latet. Eccleſiaſtica
uero ſanctio interpretat̄ & declarat ſanctificationē ſabbati in
lege euāgelica, eſſe celebrationē ſolēnem diei dominicæ & fe
ſtorū q̄ de myſterijs noſtræ redēptionis, de ſacratiſſima uirgi
ne Maria, atq; de ſanctis, ſunt ab eccleſia generali ordinatio-
ne cōſtituta. Tertij igit̄ illius præcepti diuini, de ſanctificatio-
ne ſabbati, iuſſione, adiūcta illi eccleſiæ ſanctæ interpretatiōe
(cui ſtare debent oēs) obligamur ad dies feſtos ſacroſanctę uir
ginis & ſanctoꝝ celebrādos. Illos aūt dies ſolennes nō poſſu-
mus rite celebrare, niſi ſanctos honoremus, & ſingulari uene
ratione colamus. Obligamur igit̄ diuino p̄cepto, adminiculā
te illi cōſtitutiōe eccleſiaſtica, ad ſanctos honorādos. Q̄uo er-
go ſoli deo debet̄ honor & gloria, ut cōtendunt alij? Quibus
tn̄ id libenter tribuerim, ꝙ ſoli deo deferendus eſt honor ſup̄
mus & ſumma gloria, ut primo reꝝ oīm rectori, & fini opti-
mo, qn̄quidē nec ſacræ dei matri, nec ulli ſanctorū, is debetur
honor nec ea gloria. Nihilo minus ſanctis ipſis, & ſuus ho-
nor & ſua tribuenda eſt gloria, pro ipſorum dignitate, gradu
& conditione, ut in præcedentis obiectionis diſſolutione, la-
tius eſt explicatum.

## ¶ Angelos ſanctos, itidē & hoīes, uetuiſſe ſibi exhiberi honorē deo debitū, ſuo tñ ordini congruentem, non recuſaſſe. Cap. III.

I TEertio deinde loco inſtant uehementius aduerſæ
Apoca. 19. 22. partis aſſertoſes. In ſancta Apocalypſi, cap. 19. ſi-
militer & 22. legimus Iohannē Chr̄o dilectū diſci-
pulū diuinæ illius reuelationis ſcriptorē, cū ceci-
diſſet ad pedes angeli ſibi apparentis ut adoraret eū, ne id face-
ret, eſſe prohibitū, his uerbis. Vide ne feceris. Conſeruus eñ
tuus ſum, & fratrū tuoꝝ, habentiū teſtimoniū Ieſu. Deū ad-
ora. Atqui ſancti omnes, cōſimili ratione noſtri ſunt conſer-
ui, quippe qui eundē cū ipſis dñm ac deū habemus. Nulli igit̃
II ipſoꝝ, ſunt a nobis eandē ob cauſam honorandi. ¶ Cæterum
adhibenda eſt illis reſponſio, ſecundū nonnulloꝝ ſententiam
angelū illū ſanctū beati Iohannis illuſtratorē, prohibuiſſe ſibi
impendi adorationē uni deo debitā, ut ſatis inſinuat ꝑ ſubiun-
ctū id uerbū, deū adora a qua quidē adoratione (ut fidelē de-
cuit miniſtrū) prorſus abhorruit & reſiliuit, nō ſuſtinēs illā ſi-
bi deferri. In q̊ ſane facto, oppoſito penitus mō ſe habuit ad
angelū ſathanæ, qui auſus eſt dño oim & ſuo, dicere in mōte
Mat. 4 excelſo. Hæc oia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me. Neq; id
mirū, nā hic, perditionis ſpūs erat & tenebraꝝ, ille uero, ſpūs
regni & lucis. Huiuſce aūt rei id argumento eſt, qm̄ in anti-
qui teſtamenti decurſu, cū ſancti patres impēderūt angelicis
ſpiritibus honorē ſibi nō indebitū, nequaq̄ illū repudiarunt.
Gene. 18 Vt cū Abrahā ſedens in cōualle Mambre, uidit tres uiros ad
ſe uenientes, occurrens illis honorabiliter adorauit eos, nec
Gene. 19 prohibitus eſt. Similiter cū Loth in porta ciuitatis Sodomæ,
uidiſſet duos angelos illuc introeuntes, occurrens illis adora-
uit eos pronus in terrā, neq; ab ipſis eſt uetitus q̊ minus id age-
Ioſue. 5. ret. Eodē q̊q; modo cū angelus dñi apparuit ipſi Ioſue i Gal-
galis, euaginatū tenēs gladiū, & interrogāti, nr̄ es, an aduerſa-
rioꝝ? reſpōdiſſet. Nequaq̄, ſed ſum princeps exercitus dñi &
nūc uenio, cecidit Ioſue pronus in terrā, & adorās, ait. Quid
dñs meus loquit̃ ad ſeruū ſuū? neq; ab angelo dñi ob hāc ado-
rationē eſt correptus. Secūdū alioꝝ uero ſniam, ꝑdicti patres
antiqui

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

antiqui in angelis iſtis ſibi apparentibus, deũ a q̃ mittebantur
adorauerunt, quẽadmodũ de Abrahã in cõualle Mambre cõ Gene. 18
ſpicante tres uiros ad ſe uenientes, dicit expoſitio interliniaris
Tres uidit, & unũ adorauit, ad ſignãdũ ſcilicet unitatis diui-
næ ſubſtantiæ in perſonarꝝ trinitate myſteriũ, q̃d & ibidẽ per
uerba deprecatoria, Abrahæ ad angelos, nũc ad unũ, nunc ad
plures in eodẽ orationis cõtextu ſubinde directa, ſubinſinuat.
¶Sũt etiã nõnulli graues authores, ſentientes angelũ illũ dñi III
in Apocalypſi bis recuſaſſe honorẽ etiã ſibi nõ indebitũ, ob Apoca. 19. 22
humanæ naturæ dignitatẽ, quã in Chr̃o ſupimmenſæ diuini
tati ineffabiliter cõiunctã, conſpexit ſup oẽs choros angelorũ
exaltatã, & ideo ipm̃ angelũ nõ ſuſtinuiſſe, ſibi honorẽ etiam
creaturis nõ incõgruũ, exhiberi ab eo, q naturæ adeo ſublima
tę cõmunionẽ haberet cum Chr̃o. Ante aduẽtũ aũt dñi in car
ne, angelos ipſos permiſiſſe ſe ab hoib⁹ honore ſibi debito ue
nerari, qm̃ necdũ fuit admirabilis illa humanitatis cũ ỽbo dei
facta unio, neq; humani gñis in Chr̃o ſupexaltatio, Et hãc reſ
ponſionẽ aſſignat B. Gregorius, in homilia. 8. ſup euangelia.
Quæ admodũ eſt cõueniẽs, & magis accõmoda rei ꝓpoſitæ, Gregorius.
q̃ prima. Nã ſi beatus Iohãnes illi angelo diuinũ uoluiſſet im
pẽdere honorẽ, quẽ tñ ſciebat non eſſe deũ, grauiter ipſe deli-
quiſſet, uolens creaturæ exhibere honorẽ, ſoli deo debitũ. Si
aũt noluit illud Iohãnes, cur angelus prohibuiſſet ſibi diuinũ
exhiberi honorẽ, quẽ Iohãnes ei noluiſſet impẽdere? Sin ue-
ro Iohãnes, deũ in angelo ſibi apparẽte loquẽte adorare tunc
uoluerit, id angelus dñi (q̃a licitũ erat) nõ prohibuiſſet, ſed ma
gis ad hoc eũ promouiſſet. Siue tñ primã reſpõſionẽ q̃s aſſig-
nauerit, ſiue ſecũdã, nõ p̃t ex eo loco ualidũ ſumi argumentũ,
ꝙ ipſis ſanctis nullus recte poſſit a nobis honor fieri. Neq; iti
dẽ ex eo, qui in actibus apoſtoloꝝ ſcribit̃ de Cornelio Cẽturi Act. 10.
one, ꝙ cũ obuius ueniſſet beato Petro ap̃lo a ſe angelica denũ
ciatione accerſito, procidẽſq; ad pedes eius adoraſſet eũ, Petr⁹
eleuauit eũ dicens, Surge, nã & ego ipſe homo ſum. Nempe
Cornelius illic Petrũ ueneratione ſoli deo debita adorauit, ut
ſatis indicauit ſuis uerbis Petrus, & interliniaris illius loci ex-
poſitio inſinuat, quã plane uenerationẽ, Petr⁹ ut ſibi indebitã



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

recte recuſauit. Quẽadmodũ & Mardocheus uir bonus & iu
Heſter.3. ſtus, noluit adorare Aman principẽ ſecundũ a rege, neq; ge-
nua corã eo flectere, qm̃ is ob inſolẽtiã animi qua intumeſce-
bat, diuinos ſibi honores arrogare moliebat̃, & ſupra huma-
nũ coli modũ, quod merito recuſabat facere Mardocheus, ſi-
Heſter.13. cut in oratione ſua ad dñm his uerbis proteſtat̃. Cuncta noſti
& ſcis, qui nõ pro ſuperbia & cõtumelia & aliqua gloriæ cu-
piditate fecerim hoc, ut nõ adorarẽ Aman ſuperbiſſimũ. Li-
benter em̃ pro ſalute Iſrael, etiã ueſtigia pedũ eius deoſculari
paratus eſſem. Sed timui, ne honorẽ dei mei transferrẽ ad ho
IIII minẽ, & ne quẽquã adorarẽ, excepto deo meo. ¶Q; uero ho
norẽ ſoli deo debitũ, nũquã ſibi uendicẽt aut ſancti angeli aut
Iudicum.13 hoies, liquido cõſtat ex uerbis angeli *illius*, qui nũciauit Ma-
nue patri Samſonis futuꝝ illius cõceptum, uiuẽdiq; ritũ. Cui
cũ dixiſſet Manue, poſt prolis illius annũciationẽ. Obſecro
te ut acquieſcas precibus meis, & faciamus tibi hœdum de ca-
pris, reſpõdit angelus. Si me cogis, nõ comedã panes tuos, ſi
aũt uis holocauſtũ facere, offer illud dño. Cũq; libamẽta ſtu-
dioſe apparata poſuiſſet Manue ſupra petrã, obtuliſſetq; dño
aſcẽdẽte flamma altaris in cœlũ, angelus dñi pariter in flam-
ma aſcẽdit, nõ ſibi, ſed deo oblatũ ſacrificiũ appprobãs. Simi
Act.14. liter cũ beatus Paulus claudũ ex utero, Liſtris dei uirtute ſub-
ito ſanaſſet, & loci illius indigenę rati Paulũ & Barnabã deos
eſſe, ſecũdum errorẽ gẽtilitium, q̊ erãt imbuti, uellẽt eis ſacrifi
care uictimas, nõ tulerũt hãc ſtultã uenerationẽ apoſtoli ſan-
cti, ſed cõſciſſis tunicis ſuis exilierũt in turbas, dehortatiq; ſũt
eas inſtãtius, ne ſibi immolarẽt hoſtias, cõteſtãtes eas uni de-
beri deo, nõ mortalibus, quales erãt. ¶Neq; hic quiſpiã obĳ
ciat, Gedeonem obtuliſſe angelo ſibi annũciãti futurã per eũ
Iudicũ. 6 liberationẽ ppl̃i Iſraelitici de manu Madian, ſacrificiũ, ut ui-
det̃ illic innuere litera. Nõ em̃ obtulit Gedeon ipſi angelo ſa
crificiũ, tanq̃ ei quem ſupremo cultu adorarit atq; honorarit
ſed pẽr eũ tanq̃ miniſtrũ, obtulit *illud* ſacrificiũ deo. Siquidẽ
angelus ipſe ſummitate uirgæ quã manu tenebat, tetigit azi-
mos panes & carnes, petræ impoſitas, ignẽq; elicuit & ſub-
miniſtrauit holocauſto. Ignẽ aũt ſubĳcere ſacrificio, nõ eius,
cui ſa-

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

cui ſacrificatᷓ hoſtia, eſt officiũ, ſed miniſtri, quẽadmodũ btũs Auguſtinus
Auguſt. circa eũ adductus locũ in expoſitiõe quã uocant or-
dinariã, teſtatᷓ. Neq; etiã cõtra prædicta robur habet efficax,
ꝙd in libro Danielis ſcribitᷓ, regem ſcilicet Nabuchodonoſor Danie. 2
poſt enarrationẽ ſomnij ꝙd mente eius exciderat, & reſeratio-
nẽ myſterij eiuſdẽ a Daniele factã, cecidiſſe in faciẽ ſuã & ad-
oraſſe Danielẽ, præcepiſſeq; ut hoſtias & incẽſum ſacrifica-
rent ei. Siquidẽ adoratio illa intelligi debet nihil aliud fuiſſe,
ꝗ exhibitio reuerentiæ, per inclinationẽ in terrã, Danieli ut
homini nõ ut deo, factæ a rege, ꝗ nullo pacto dedecet hoĩem
neq; ut eã exhibeat alteri, neq; ut illa ei exhibeatᷓ, quẽadmodũ
ex ſequẽti capite amplius cõſtabit. De hoſtijs aũt & incenſo
offerendis, perhibet quidẽ ſcriptura id regẽ præcepiſſe, ſ; nõ
exprimit illud Danieli factũ eſſe, nec exhibitũ. Et multum ſi-
mile uero eſt, Danielẽ id, ne ſibi fieret, impediuiſſe, aut indu-
xiſſe regẽ ſuis uerbis, ꝙ hæc offerrentᷓ deo, qui myſteriũ ſom
nij illius reuelauerat, ꝙd ſatis cõiectatᷓ ex cõfeſſiõe diuinæ po-
tentiæ & excellentiæ, quã deinde rex feciſſe ſcribitᷓ. Præterea
ſecundũ B. Hieronymũ ibidẽ in expõne ordinaria citatũ, etiã Hieronymus.
recte quis dixerit, Nabuchodonoſor regẽ nõ tã Danielẽ ꝗ in
Daniele deũ adoraſſe, qui reſeruauerat illius ſomnij ſecretum
ꝙd etiã (inquit) Alexandrũ Magnũ, in põtifice Iudæorum Io- Alexãder magnus.
iada feciſſe legimus. Et ita regẽ etiã præcepiſſe, hoſtias & in- Ioiada.
cenſum offerri nõ ipſi Danieli, ſed deo ſummo, in Daniele,
(cum ſomnium interpretaretᷓ) locuto.

¶ Alterius generis eſſe adorationẽ, ꝗ ſoli deo debetᷓ, & eã
quæ creaturis legitᷓ in ſcripturis eſſe exhibita, queq; ſanctis
impenditur. Cap. IIII.

QVarto adducunt in ſuæ ſniæ cõprobationem, ij ꝙs II
impugnamus, id ꝙd in Deuteronomio dr̃. Dñm Deute. 6
deũ tuũ adorabis, & illi ſoli ſeruies. Quo quidem
uerbo (inquiunt) ſolus deus nobis adorandus præ-
cipitᷓ, illiq; ſoli obſequiũ cultus ac uenerationis impendẽdum
Nõ igitᷓ ſancti, a nobis ſunt honorandi. ¶ Verũ hæc cauilla- III
tio facile diſſoluitᷓ per diſtinctionẽ adorationis, in eã ꝗ ſoli deo
cõuenit & eſt exhibenda, & in eã ꝗ cæteris, ſcilicet creaturis

Nẽpe adoratio q̃ deo debet, eſt ueneratio atq; obſequentia,
ob rationẽ ſummæ maieſtatis, dominatus ac eminentiæ eius,
cui ſit, exhibita. Adorat̃ em̃ deus a nobis, qa reꝝ oĩm author
eſt unicus & ſummæ perfectionis, quia etiã omnibus q̃ ſunt
præſidens eſt, pariter & prouidens, deniq; quia bonitatis ſuæ
munera cunctis (cui pro ſuo captu) cõmunicans eſt, & iuſtis
æterna præmia diſpartiẽs. Propter quã ſupremã ſup oĩa alia
excellentiã, eius ſupplices imploramus miſericordiã, peccato
rũ ab eo ueniã petimus, illi ſacrificia & hoſtias offerim⁹, ſpem
q; noſtrã primã atq; fiduciã, in eo collocamus. Quoꝝ iã dicto
rũ nullũ, recte cuiq̃ ſanctoꝝ, uel maximæ apud deũ ſublimita
tis, impẽdimus, qm̃ nulli eoꝝ cõpetit hmõi adoratio, diuiniq;
cultus exhibitio, de qua intelligit̃ uerbũ illud, ex Deuterono
Pſal. 96. mio propoſitũ, & hoc etiã dictũ pſalmographi. Adorate do-
minũ oẽs angeli eius, illud itẽ dñi uerbũ in euãgelio. Veri ad
Iohan. 4. oratores, adorabũt patrẽ in ſpũ & ueritate, & in uniuerſum, q̃
ties nomen adorationis, in ſcriptura deo attribuit̃. Hanc autẽ
Auguſtinus adorationẽ, B. Auguſtinus in decimi libri de ciuitate dei, capi
te primo, theoſebiã ſiue latriã appellat, nũcupatione græca,
nos uero, eandẽ, dei cultũ, ſiue adorationẽ latriæ, dicere poſſu
III mus. ¶ Cæteris uero a deo, cõuenit adoratio, ut eſt reuerentia
cuiq̃ exhibita, in ſignũ alicuius inſignis excellẽtiæ aut uirtu-
tis uel authoritatis, a deo illi indultæ. Quẽadmodũ angelis be
atis & ſanctis, æternã cõſecutis gloriã, ob eminentiã diuinæ
excellentiæ qua participãt, ſĩiliter ob p̃ſtantiã ſanctitatis præte
ritæ dignitatiſq; ꝑpetuæ quã in cœlis obtinẽt, honorẽ meri-
to deferimus. Quæ quidẽ honoris delatio, græce dulia dicit̃,
ſiue adoratio duliæ, ſiue cultus ſanctoꝝ, mõ ea fiat ob cõmu-
nẽ multis excellentiã ſanctitatis & gloriæ, & nõ uſq; adeo ſin
gularẽ. Nẽpe ſi ob eximiã illa fiat excellentiã gratiæ ac glo-
riæ, & in uno quopiã, præcipuã ac ſingularẽ ſupra cæteros,
græce hypdulia dicit̃, & cultus ſancto debiti ſupexcellentia.
Qualis eſt ea adoratio ſiue ueneratio, q̃ ſacratiſſimę uirgini dei
q; matri Mariæ iure optimo defert̃, ob ſuper excellentẽ in ea
IIII gratiæ ac gloriæ exuberantiã. ¶ Neq; ſanctis dũtaxat æternę
hæreditatis cõſortibus, hmõi debet̃ adoratio duliæ, ſiue hono
rabilis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

rabilis ueneratio, uerumetiã & hominibus hanc adhuc uitam
agentibus, in ſuo gradu & modo, eadẽ recte impendit, ob uir
tutis aut doctrinæ præcellentiã, ob authoritatem gubernatio
nis ac principatus, aliãve quamuis eminentiæ rationẽ. Et i ſa-
cris literis ſæpenumero huiuſmodi adorationis obſequiũ, ali-
is impartitum legit etiam uiuentibus tunc, & a uiuẽtibus, aut
ad cõciliandã eorꝫ grãm, placãdũqꝫ animũ infenſum, aut im-
petrandũ q̃d petituri erant beneficiũ, aut pſtandũ debiti ho
noris officiũ, aut aliã quãuis rationabilẽ cauſam, & id quidem
ſine aliqua reprehẽſione. Siquidẽ Iacob ex Meſopotamia re-
uerſus cũ uxoribus, liberis & gregibus, occurrẽſqꝫ fratri ſuo Gene. 31.
Eſau, adorauit eũ pronus in terrã ſepties, tã humili ſalutatiõe
honorãs fratrẽ, ut placabile eũ ſibi redderet. Cõiuges itẽ eius
& liberi, idẽ ſubinde factitarũt. Abigail q̃qꝫ uxor Nabal, ut
infenſum placaret Dauid, ueniẽs illi in occurſum deſcẽdit de I. Reg. 25.
aſino, & procidit corã Dauid ſup faciẽ ſuã, & adorauit ſuper
terrã, & cecidit ad pedes eius, Et cũ paulo poſt accerſeretur a
Dauid, ut eſſet eius uxor, ipſa cõſurgẽs adorauit prona in ter-
rã. Inſup Areuna Hiebuſeus cũ uidiſſet Dauid ueniẽtẽ ad ſe,
ut locũ ab eo acciperet altaris dño extruẽdi, egreſſus adorauit 2. Reg. 24.
regẽ prono uultu in terrã. Quid deniqꝫ memorem Bethſabee
matrẽ Salomonis, & Nathan prophetã? Nõne ambo cũ ſug-
gererẽt regi Dauid, Salomonẽ eſſe cõſtituẽdũ regẽ Iſrael, di-
cũt ipm Dauid ſemel & iterꝫ adoraſſe? In q̃bus locis & alijs cõ 3. Reg. I.
pluribus paſſim in ſcriptura poſitis, noĩe adorationis intelligit
exhibitio honoris & reuerẽtiæ, in primo ipſo congreſſu aut
digreſſu a colloquio, humiliter facta, ob authoritatẽ aut excel
lentiã eius, qui hoc mõ adoratus deſcribit. Et inde ſumit argu
mẽtũ non inualidũ, nequaq̃ id improbandũ eſſe, ꝙ homo ad
pedes hois procũbat, inclinetqꝫ ſe illi & genua flectat, ipmqꝫ
uenerabũdus ſalutet, ſcdm cõſuetudinẽ regionis in q̃ diuerſat
& morem populi cui cohabitat, q̃nquidẽ hiſce modis, utpote
proſtratione ad pedes alterius, inclinatione in terrã, genufle-
xione, & cæteris id gen⁹ honoratiõis exteriorib⁹ ſignis, factæ
intelligũt fuiſſe illæ adoratiões, q̃rꝫ exẽpla modo ex ſacris lite-
ris ſunt adducta. Valeãt igit & faceſſant, abnuẽtes ſanctis deo

æternũ.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

æternũ cõregnantibus, eſſe exhibendũ a nobis honorẽ, cũ ui-
deant hoĩes hominibus in hac uita mortali, tã crebro & mag-
V. nifice honorẽ & ſine probro detuliſſe. ¶ Porro ex p̃dictis clare
liquet, eos magno hallucinari errore, qui putant adoratiõis, ſe
cundũ generalẽ ſuã rationẽ ſumptæ obſequiũ, eſſe ſoli deo tri
buendũ, cũ in q̃ plurimis ſanctæ ſcripturæ locis, etiã hoib⁹ tri
buat, & adorati fuiſſe hoĩes dicãt. Eſt eñ id uocabulũ adora-
tio, late patens atq; diffuſum, & in ſacris literis mõ deo, mõ cre
aturis fieri dicit. Quinimo interdũ in eiuſdẽ oratiõis cõtextu,
idẽ uerbũ, primũ de deo, deinde uero de hoĩe, eo uenerationis
genere honorato, ꝓnunciat, ut ĩ ultimo capite primi libri Pa
1 Para. 29 ralipomenon, hoc mõ. Et benedixit oĩs eccleſia dño deo pa-
trũ ſuoꝝ, & inclinauerunt ſe, & adorauerũt deũ, & deinde re
gẽ. Prudẽs tamẽ lector ſecundũ ſentẽtiæ cõditionẽ ac qualita
tẽ, facile diſcerniculũ ponet & diſtinguet, qñ de adoratiõe la-
triæ ſoli deo debita, uel de adoratiõe duliæ, ſanctis & hoibus
in ſublimitate cõſtitutis exhiberi ſolita, fit ſermo. Quẽadmo-
dũ ſigna exteriora adoratiõis, quæ geſtu corpis aut exterioris
muneris oblatiõe oſtendimus, eadẽ plerũq; ſunt, & cõmunia
in adoratiõe latriæ, quæ deo debet, & in adoratiõe duliæ, quę
exhibet ſanctis, & interdũ hoibus. Sicut eñ deũ adorantes,
ꝓcidimus in terrã, genua flectim⁹, manus ad cœlum cõploſas
tendimus, cæreos accẽdimus atq; offerimus donaria, & ita de
cæteris id genus externis ſignis, ita & ſctõs honorãtes, eadem
exhibemus eis honoris & reuerẽtiæ indicia, nã homonyma
ſunt, ſicut & adoratiõis nomẽ. Verũtamẽ interior adoratiõis
actus q̃ in deũ ferimur, & is q̃ in ſctõs honorãdos, lõge eſt di-
uerſus, & ſecũdum aliã atq; aliã rõnem ſumptus, ſecũdũ quã
prius explicatã, ſumit apertiſſima unius adoratiõis ab alia, di-
ſtinctio. Attamẽ unũ eſt ſignũ extrariũ, utpote ſacrificatio at
q; hoſtiarũ oblatio, q̃d ſoli exhibet deo colendo, & nunq̃ ſan-
ctis, quãtumlibet eminẽtibus, quãto minus hoibus, ut in capi
te præcedẽte, latius eſt oſtenſum. De q̃, in libro decimo de ci
Auguſtinus uitate dei, cap. 4 ait beatus Auguſt. Vt alia nũc taceã, quę p
tinẽt ad religionis obſequiũ q̃ colit deus, ſacrificiũ certe nul-
lus hoim eſt qui audeat dicere deberi, niſi dño ſoli. Multa de-

niq; de

niq; de cultu diuino uſurpata ſunt, quæ honoribus deferũtur
humanis, ſiue humilitate nimia, ſiue adulatione, ita tñ ut qbus
ea deferunť, homines haberenť, q dicunť colendi & uenerãdi
ſi aũt eis multũ addiť, & adorãdi. Quis uero ſacrificãdum cen
ſuit, niſi ei, quẽ deũ aut ſciuit, aut putauit, aut finxit? Hæc ibi.
Quæ penitus reſpõdent illi uerbo dñi in Exodo. Qui immo Exodi, 22.
lat dijs, occideť, prẽterq̃ dño ſoli. Sed & de hoc, ſupius ex Au
guſtino aducta ſunt diuerſa teſtimonia, in cap. hui⁹ lib. primo

## ¶ Sanctos nobis honorandos eſſe, non ut gratiã & glo- riam ſuis dent cultoribus, ſed ut illa a deo nobis impetrent. Cap. V.

SEd urgent nos iterũ aduerſarij, quintoq; iaculo ſic I
impetunt. In oratione nr̃a potiſſimũ expetere de-
bemus uitã æternã, qq; nobis adueniat regnũ dei,
reliqua uero nobis ſunt expoſcenda, quatenus ad Mat. 6.
illã conſequendã referunť & adminicularia ſunt, ut gr̃a dei q̃
iuſtificemur, & uitæ bonitas, ſecundũ illud dñi uerbũ in euã- Mat. 6
gelio. Primũ quærite regnũ dei & iuſtitiã eius, & hæc oĩa ad-
ijcienť uobis. Atqui ſolus deus eſt (inquiunt) q grãm largiri
poſſit, ad iuſte pieq; uiuendũ in hoc ſeculo, & gloriã, qua bea
ti ſimus in futuro iuxta illud prophetæ uerbũ in pſalmo. Gra Pſal. 84.
tiã & gloriã dabit dñs, fruſtra igiť & incaſſum a nobis implo
rať ſanctorũ patrociniũ, ut qui neutrũ eorũ quæ ad conſum-
matã noſtrã pfectionẽ ſunt neceſſaria, præſtare queãt. ¶ Qui-
bus ſatisfaciendũ eſt, & tribuendũ, ſanctos quidẽ nec gratiæ II
nobis cõferendæ nec gloriæ authores eſſe, cũ ſolus deus ſit q
iuſtificat, ſolus etiã qui ſanctificat, deniq; ſolus qui glorificat.
Attamen eos orationibus ſuis impetrare alijs grãm a deo poſ
ſe & beatitudinẽ æternã, non eſt abnegandũ, quã ſine ipſorũ
precibus, non fuiſſet deus illis collaturus. Perinde atq; terre-
ni principis amicus impetrat plerũq; a principe, alicui ſuo cli-
enti aut ſeruo donũ aliquod inſigne, ut magiſtratũ aut præfe-
cturã, cuius collatio nequaq̃ eſt in ipſius amici impetrãtis po-
teſtate conſtituta, ſed ſolius principis, quod tñ beneficiũ, ipſe
princeps nequaq̃ illi famulo amici ſui dediſſet, niſi hmõi ami-
cus ſua interpellatiõe illud a principe impetraſſet. Nõ itaq; in

uanũ & nequicq̃ a nobis rogant̃ ſancti, nõ quidẽ ut largitores
ſint grãe iuſtificantis aut gloriæ perpetuę nobis ſupplicãtibus
ſed ut nr̃i ſint apud deũ mediatores, orentq́ pro nobis diuinã
maieſtatẽ, & orando impetrẽt grãm aut gloriã ab ea nobis cõ
Marci.2. ferri. Proinde orãtes ſacrã uirginẽ, aut ſanctoꝝ aliquẽ, nõ pe-
timus ꝙ misereat̃ noſtri, ꝙ dimittat nobis peccata noſtra (quis
enĩ poteſt dimittere peccata, niſi ſolus deus?) ꝙ deniq́ grãm
nobis aut uitã largiat̃ æternã, ſic enĩ peteremus non petenda
Iacobi.4 & locũ in nobis haberet, quod dicit beatus Iacobus. Petitis
& non accipitis, eo ꝙ male petatis. Sed in oratiõe nr̃a ad ſacra
tiſſimã dei matrẽ aut ſanctoꝝ quẽpiã directa, petimus, ꝙ oret
pro nobis deũ ut ipſe misereat̃ noſtri, det nobis ueniã peccato
III rũ, det grãm pariter & gloriã nobis ſempiternam. ¶ Q̃ ſi in
hymnis aut cãticis eccleſiaſticis quippiã occurrat deprecato-
riũ, q̃d a ſacroſancta uirgine, aut ſanctoꝝ aliquo uideat̃ expo
ſcere, ueniã peccatoꝝ, lumen gratiæ aut uitã æternã nobis ab
eis cõferri, id benigna interpretatione piaq́ intelligentia acci
piendũ eſt ad hunc ſenſum, ea quidẽ oratiõe nos petere, ꝙ be-
ata uirgo, aut ſanctus ille quẽ ita rogamus, impetret nobis ora
tione ſua a deo peccatoꝝ remiſſionẽ, ſanctæ uiuendi grãm &
gloriã æternã, ꝙ ea munera ſpiritualia nobis impetrãs ſanct⁹
quodãmodo ea nobis cõferre uideat̃, ope ſcilicet ſua admini-
cularia, ſine qua, id donũ nõ obtinuiſſet a dño mortalis homo
Eniuero illa ipſa q̃ per alios deus in nobis operat̃ illi per q̃s ea
deus agit, in ſcriptura ſancta etiã agere dicũtur, ꝙ ſint ad eadẽ
quodã modo cooperatores, ut de credẽtibus in Chriſtũ, dicit
Iohan.14 ipſa ueritas. Qui credit in me, opera q̃ ego facio & ipſe faciet,
& maiora hoꝝ faciet, qm̃ per eos Chrũs erat miracula factu-
Iohan.20 rus. Et aplis poſt reſurrectionẽ, dictũ legimus a Chr̃o. Quoꝝ
remiſeritis peccata, remittũtur eis, qm̃ ꝑ eos tanq̃ miniſtros,
Eſaiæ.43 deus erat peccata dimiſſur⁹, qui per ꝓphetã dicit. Ego ſum,
qui deleo iniquitates ueſtras. Haud aliter quę alij nobis ſua in-
terceſſione impetrãt a deo, nobis eadẽ præſtare dicũtur, ꝙ ip
ſis deprecatoribus ea obtineamus. Quemadmodũ de ijs, qui-
bus erogata fuerit a nob̃, larga manu, eleemoſyna, dicit ſacrũ
euãgeliũ. Menſurã bonã & confertã, & coagitatã & ſuperef
fluẽtẽ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

fluentē, dabunt in ſinū ueſtrū, qm̄ futuri ſunt pro nobis inter- Lucæ. 6
ceſſores, ut a deo nobis cōferatur ampliſſima merces. Rurſum
de ĳſdē dicit dn̄s in alio eiuſdē euangeliſtæ loco. Facite uobis Lucæ. 16
amicos de mammona iniquitatis, ut cum defeceritis, recipiant
uos in æterna tabernacula. Dicāt (oro) qui hęc nobis obiectāt
qūo ĳ quos fecerimus nobis amicos de mammona iniquita-
tis, nos recepturi ſunt in æterna tabernacula? Nōne ea ratio-
ne, ꝙ rogaturi ſunt dn̄m, ut nos recipiat in domū gloriæ ſuę?
& qm̄ coadiutores ſunt noſtræ in cœlū receptionis, dicūtur
nos in atria cœleſtia recipere. Ita plane ſi qn̄ in orationibus &
hymnis eccleſiaſticis dirigunt deprecationes ad ſanctos, ut
nobis uincula peccatoꝝ diſſoluant, gratiaꝝ dona cōferāt, &
æternæ gloriæ coronā, accipiendæ ſunt illæ in hāc ſniam, ꝙ
per eas expetamus ueniā peccatoꝝ, grām & gloriam nobis a
deo, ſanctoꝝ precibus impetrari, qn̄quidē q̄ nobis impetrant
quodā modo cōferre dicunt, ut patroni ſcilicet & interceſſo-
res. ¶ Huiuſce rei ſumat exemplū, in illo hymno celebratiſſi- IIII
mo, Aue maris ſtella, dei mater alma. cū oramus in uerſibus
inibi ſequentibus. Solue uincla reis, profer lumen cæcis, mala
nr̄a pelle. Et rurſum. Nos culpis ſolutos, mites fac & caſtos,
Vitā p̄ſta purā, iter para tutū. Hęc inquā oīa & id genus ſilia
intelligēda ſunt a ſacratiſſima uirgine p nos expeti, nō qdē ut
illa itanq̄ primaria largitrix cōferat, ſed ut eadē nobis a deo p̄-
ſtari ſuis p̄cibus impetret. Siliter cū in orōne illa ad eādē ſuper
ſanctā dei matrē carmina cōſtricta. Alma redēptoris mr̄, q̄ p-
uia cœli. in fine oramus. Sumēs illud aue, pctōꝝ miſerere, nō
plane expoſcimus, ꝙ miſericordiā nobis pctōribus tāq̄ pręci
pua illius & prima diſpenſatrix impendat, qn̄quidē id, ſolius
dei eſt propriū, ſed ꝙ nobis a deo ſua interceſſione, miſericor-
diā impetret. Et ita q̄tieſcūq; cōſimilis formæ & generis ſup-
plicationes ad ſanctos, lōgo uſu approbatæ nobis occurrunt,
nō protinus improbandæ ſunt aut dānandæ, ſed ad pium ali
quē & ſanū intellectū reuerenter adducendæ.

¶ Secundū ordinatiſſimas ſapientiæ ſuæ leges at
ꝗ rectiſſimas, deū nobis ſpiritualia dona per ſan-
ctorum preces conferre. Cap. VI.

I SExto deinde ſpiculo, ita nos adoriunt̃ aduerſę par
tis aſſertores. Deus ipſe quia potentiſſim⁹ eſt, imo
omnipotens oĩa nobis ad ſalutẽ neceſſaria dare p̃t,
& ad hoc præſtandũ ſufficiẽs eſt, imo ſufficientiſſi
mus. Et qm̃ ſapientiſſimus eſt, idẽ optime cognoſcit, q̃ nobis
expediũt. Quia uero ſummæ bonitatis eſt, clemẽtiſſimus &
maxime miſericors, uult eadẽ nobis conferre. Imo qm̃ aman
tiſſimus eſt noſtri maioreq; nos amore diligens q̃ quilibet ſan
cti, paratiſſimus eſt ac propenſiſſimus ad ea q̃ cũferunt nobis
elargienda, ut q aſſertoria cõteſtatione diſcipulis ſuis & oĩbus
Iohan. 16 ſe colentibus denũciauit. Amen amẽ dico uobis, ſi quid petie
ritis patrẽ in nomine meo, dabit uobis, quinimo & nos ad pe-
tendũ illa ab ipſo quorum indigemus, benigniter inuitauit dicẽs
Petite & dabit̃ uobis, quærite & inuenietis, pulſate & aperiet̃
Lucæ. 11. uobis. Omnis eñ qui petit, accipit. & qui quærit, inuenit &
pulſanti aperiet̃. Nõ recte igit̃ ad ſanctorum recurrimus patroci
nia, orãtes ut ſua interceſſione, aliqua nobis impetrent a deo,
tanq̃ ſancti ipſi eſſent uel beneuolẽtiores ad nos, aut propen-
2. Corin. 3. ſiores ad exauditionẽ, q̃ deus ipſe, qui eſt pater miſericordiarum
II & deus totius cõſolationis. ¶ Verũ huic obiectioni reſpondẽ
dũ eſt, deũ (ut inquit Sapiens) attingere a fine uſq; ad finẽ for-
titer, & diſponere oĩa ſuauiter. Inter cæteras aũt ſuæ infinitæ
Sapien. 8. ſapientiæ & admirabilis prouidẽtiæ leges, hæc una eſt, q̃ li-
cet immenſo agẽdi uigore quẽ habet, oĩa ſolus agere ſufficiat,
rebus tñ a ſe cõditis, agendi efficaciã, cõmunicauit, uoluitq; p
illas tanq̃ ſuæ uirtutis cooperatrices, alias cõſimilis ſpeciei at-
q; interdũ alterius, ſubſtãtias produci, nõ quidẽ ex ſua impotẽ
tia aut inſufficientia, ſed ex liberaliſſima cõmunicabilitate, q̃
aliis etiã uoluit ſuæ pfectionis notas impartiri, eaq; reddere,
ſua uirtute quodã modo participantia. Sic eñ in rerũ natura-
liũ propagatione, ignis producit ignẽ, oliua oliuã, & ſol ſplẽ-
dorẽ, per amplos cœli tractus, & aeris ſpacia, ad nr̃os uſq; ob-
Exodi. 20. tutns penetrantẽ. Sic etiã in antiquæ legis latione, Moyſes tã
q̃ intermedius fuit inter deũ legis latorẽ primariũ, & pplm
accipientẽ, quã tñ potuiſſet deus ſine intermedio Moyſi mi-
niſterio, eidẽ pplo ferre, ſed hoc nõ uſq; adeo congruũ fuit &
cõuenie

conueniens. Sic deniq; in ſpiritualiũ ſubſtantiaꝝ, atq; angeli-
caꝝ ordinatiſſima functione, ſpũs cœleſtes media conſtituti
hierarchia, illuminant a ſupremis, & infimi a medijs, & demũ
hoĩes ab angelis poſtremi ordinis. Non quidẽ ex impotentia
dei, aut ꝗ nõ fuerit ſufficiens ſeipõ & angelicos ſpũs & hoĩes
illuminare, ſine intermedioꝝ officio ſiue miniſterio, ſed ut in
oĩbus his ſpiritualibus opationibus, priora ſequẽtibus iter ad
deũ ſternãt, & inferiora reducant ad ſupremũ per media, quẽ-
admodũ ſanctiſſima diuinæ legis inſtitutione cautũ eſſe, bea-
tus Dionyſius in libro de cœleſti hierarchia, cap. quarto te- Dionyſius.
ſtat, Haud aliter diuinæ bonitati placuit, hoĩes hanc agentes
uitã ad ſe adducere, per intermedios ſanctos iã cœleſtis glo-
riæ cõſortes, qui tanq̃ mediatores impetrẽt mortalibus ea mu
nera, q̃ ipſi hoĩes ex ſua conditione minus digni ſunt accipere
Quẽadmodũ & in terrena repub. q̃d rex alicui dare diſpoſuit
interdũ per alterius interceſſionẽ uult illi conferre, ex ſe qui-
dẽ indigno ut illud ſine patrono obtineat, & nõ habituro id
munus, niſi illud quiſpiã pro eo a rege impetret. ¶ Quocirca III
hmõi ſanctoꝝ ad deũ pro nobis patrocinatio, atq; diuinorũ
munerũ pro ſupplicibus ſuis impetratio, nequaq̃ fit ex diui-
næ poteſtatis inſufficientia, aut charitatis eius immenſæ lang
uidiore in nos affectu (ut obiectare uident aduerſarij) ſed ex af
fluentiſſima bonitatis eius in nos exuberantia, q̃ & amicis ſu-
is cœleſti illi curiæ aſcriptis hãc contulit poteſtatẽ, ꝗ auxilia-
ri poſſint & opẽ alijs ferre ad conſequendã ſalutẽ æternã, qui
ex ſua indignitate minus ſunt ad ſuſcipienda diuina munera
idonei. In quo etiã nobis infirmis peccatoꝝq; oppreſſis pon-
dere, magna ſuggerit conſolatio atq; fiducia, quibus id indul
tũ eſt a deo, ut noſtræ dignitatis defectũ ſupplere poſſit pro-
bitas aliena. Et certe in hac diuinæ uoluntatis ordinatione re-
ctiſſima (ſicut & in cæteris dei operibus) nõ ſolũ habẽda eſt ra
tio diuinæ potentię aut ſufficientiæ, q̃d ſcilicet poſſit, & ad q̃d
agendũ ſufficiat, uerũ etiã diuinæ ſapiẽtiæ, & bonitatis ei⁹ im
menſę, utpote quid illã deceat, & hãc promoueat. Potens qui
dẽ eſt deus, imo & ſumme potẽs, nihiloſecius & ſapiẽs eſt &
bonus, atq; in cunctis operibus ſuis, ſapientiã ac bonitatẽ ſuã

 prodit

prodit, potẽtiæ ſuæ cõiunctã, ut harũ diuinarũ proprietatum
unã, in aliquo diuino opificio, a cæteris diuulſam nunq̃ inue-
nias. Quẽadmodũ in ſapiẽtiſſima mũdi huius gubernatione,
nunqd impotẽtiæ dei aſcribẽdũ eſt, ꝙ cuiq; prouinciæ ſuũ de
Danie.10 ſignauerit angelũ p̃ſidẽ? ut in Daniele legim⁹ angelũ Perſarũ
& Græcorũ, atq; Michaelẽ Iudæorũ principẽ. In beato uero
Dionyſius patre Dionyſio, cap. 9. libri de cœleſti hierarchia, nominatũ
inuenimus angelũ Aegyptiorũ p̃ſulẽ, itidẽ & Babyloniorũ.
Nunqd & illud inſufficiẽtię in deo atq; imbecillitatis eſt argu
mẽtũ, ꝙ cuiq; homini ab ipſo natiuitatis exordio ſuũ deſigna-
uit angelũ cuſtodẽ? q̃ſi nõ poſſet aut ſufficeret ipſe natiões or-
bis terrarũ & ſingulos hoies, ſine angelico p̃ſidio ſolaq; ſua ip
ſius uirtute, tutari atq; protegere? Quis eñ adeo deſipiat, mẽ-
teq; captus inueniat, ut in hãc adducat ſniam? Sicut igit diui-
nę ſapiẽtiæ pariter & bonitati id tribuẽdũ eſt, ꝙ protectricẽ il
lã directricẽq; uirtutẽ ſuã, etiã angelicis cõmunicauerit ſpiri-
tibus, qbus & regionũ & hoim deſignauit ſub ſe adminiſtrati
onẽ. Ita & ſapiẽtiæ illius atq; bonitatis infinitę, id eſt opus at-
q; inſtitutũ, ꝙ ſctis ipartiuerit facultatẽ intercedẽdi ꝑ hoib⁹
hic degẽtibus, & ſuo patrocinio illis impetrãdi a deo ſalutaria
grãrũ munera, ut hac rõne, ꝑ ſctõs interſtites promoueant ac
IIII ſubuehant hoies ad deũ. ¶ Sed age dicãt rurſum aduerſæ nob
ſniæ defenſores, nõne dñs nr Ieſus Chrs cũ in terris diuerſaret
& ſumme bonus erat & miſericors & benignus? Raro tñ le-
git bñficiũ ſanitatis cõtuliſſe cuiq̃, aut miraculũ fuiſſe operat⁹
niſi aliorũ p̃cibus atq; rogatu ad hoc ſolicitatus atq; pulſatus.
Eñuero ut ſocrũ Symonis graui detentã febre ſanaret, roga-
Lucæ. 4 uerũt amici & familiares eius pro illa. Vt filiã q̃q; Chananeæ
Mat. 15 a uexatione maligni liberaret, mr importunis apd' ipm p̃cib⁹
Iohan. 11. efflagitauit. Deniq; ut Lazarũ quatriduanũ reſuſcitaret ad uitã
ambę ſorores eius intẽtiſſima poſtulatiõe ab ipſo petiuerũt. Si
igit ad faciẽdũ miraculũ & ferẽdã aliјs opẽ, uoluit tũc cũ i ter
ris ageret ipſe dñs, uiuẽtiũ petitione ac deprecatiõe induci, q
tamen exuberabat miſericordię uiſceribus, qd mirũ, ſi nunc in
cœlis regnans, per ſanctorum orationes uult nobis ſua dona
partiri, & communicare gratiarum chariſmata?

¶ Sancto

¶ Sanctorꝝ inuocationē, nō eſſe diffidentiæ de deo, & maioris in ſanctis q̃ in eo cōfidētiæ, argumētū. Cap. VII.

RVrſum q ſanctorꝝ uenerationē abrogãdã cōtēdūt I
hoc ſeptimo telo noſipſos illius aſſertores adoriū-
tur. Iniuriã (inquiūt) infert deo nō mediocrē, q pri-
us ad ſanctos ipſos q̃ deū pro auxilio petendo cōfu-
git, quaſi ipſorꝝ p̄ſentius eſſet & paratius ſubſidiū hominibus
inuocantibus q̃ ſit dei adiutoriū, aut tanq̃ benigniores forent
in nos & beneuolentiores ſancti, q̃ ſit ipſe deus, totius benig-
nitatis fons exuberantiſſimus. Siquidē uidet is maiorē in ſan-
ctis q̃ in deo cōfidentiã collocare, & quodã modo de ipſiꝰ dei
clemētia diffidere, q prius ad alios q̃ ipm implorandū recurrit Sapien. 1
q̃d profecto nō eſt ſentire de deo in bonitate, neq; in ſimplici-
tate cordis q̄rere illū. Et certe cenſeret ille p̄poſtero ordine
min uſq; recte in ſuis rebꝰ agēdis progredi, q neglecto poſtha-
bitoq; dño, ſeruos eius amplecteret bn̄uolentia ac coleret, aut
q prætermiſſo fonte lympidiſſimo, riuos exiguos cōſectaret,
aut q phœbeæ lãpadis claritate poſtpoſita, ad nocturnarꝝ con-
fugeret ſtellarꝝ ſubrutulū fulgorē. ¶ Verū hoc reſponſionis II
clypeo, retūdenda eſt iſta aduerſariorꝝ ſagitta. Si particula pri-
us, principaliorē ac pręcipuã inuocãdi rationē, in ea quã pri-
mo aſſumūt propoſitione, deſignat, ipſa quidē uera eſt & ad-
mittenda. Nēpe principalius, intentioneq; p̄cipua (nã ultima
& ſuprema) cōfugiendū eſt nobis ad deū, q̃ ad ſctōs, qn̄quidē
ſanctos ipſos tm̄ inuocamus, ut p eos ad deū, tanq̃ ſcopū &
finē ultimū, habeamus acceſſum. Neq; quiſq̃ eſt (ut reor) in-
uocantiū ſanctos, q ſecūdū hãc prioris acceptionē, ad ſanctos
prius q̃ ad deū recurrat. Sin uero in p̄dicta aduerſariorꝝ aſſum-
ptione, particula illa, tp̄is inſinuat ordinē, oĩno refutãda eſt &
repudianda. Enimuero nullã deo irrogat iniuriã, qui ſecundū
tēporis ordinē ſanctos ante inuocat q̃ deū, quinimo ingētem
illi gloriã affert in eo ipſo opere, & quoddã humilitatis præ-
fert inſigne, reuerētiæq; in deū, ideq; prius ſanctos accedit, nō
ut in eis ſiſtat ſuę uenerationis metã, ſed ut p eos demū proue-
hat in deū. ¶ Sane percontari hos rōcinatores libēs uelim, an III
beatus Paulus deo fuit iniurius, cum a Romanis pro ſe fieri
petiuit.

petiuit oratione͂,ꝙ nō ad deū tunc,ſed ad illos adhuc ſuperſti
Roma. 15 tes in carne,cōfugerit,ita ad ipſos ſcribens.Obſecro uos fra-
tres per dn̄m noſtrū Ieſum Chriſtū,& per charitate͂ ſancti ſpi
ritus,ut adiuuetis me ī orationibus ueſtris pro me ad deū,ut li
berer ab infidelibus qui ſunt in Iudęa.Nūquid etiā ide͂ ſit deo
grauiter iniuriatus,cū ad Hebræos ſcribens efflagitauit ora-
tionis eorū patrociniū,ꝙ ad deū ꝓtinus ſe nō cōuerterit,ſed
Hebræ. 13 ad hoīes hāc agentes uitā,his uerbis.Orate pro nobis.Cōfidi
mus em̄,quia bonā cōſcientiā habemus,in oībus bene uolen-
tes cōuerſari.Reſpondeāt itide͂,qui hanc(q̄ diſſoluit)obiectio
ne͂ proponūt,an illuſtri uirtute ſpectabilis Heſter,regina Per
ſarū,audito grauiſſimo capitis periculo, q̄d oībus impe͂debat
Iudæis Perſida incolentibus,ignominiā intulit deo,ꝙ nō cō-
tinuo ad ipſum,ſed ad Mardochæi & Iudæorū cōfugerit pa
trociniū,pete͂s pro ſe orationes ad deū ab ipſis fieri,cum hæc
Heſter. 4. Mardochæo uerba mādauit.Vade & cōgrega omnes Iude-
os quos in Suſis repereris,& orate pro me.Nō comedatis &
nō bibatis tribus diebus & tribus noctibꝰ, & ego cū ancillulis
meis ſimiliter ieiunabo.Rurſum,ſi iniuria deū afficiūt,q pri-
us ad ſanctos orādos(quantū ad te͂poris ordine͂)q̄ ad deum ſe
Iob. 42. cōuertunt,cur ergo deus amicos ipſius Iob miſit ad implorā
dā beati Iob oratione͂,& Abimelech rege͂ Geraræ,ad expoſ
Gene. 20. cendā Abrahæ uiri ſancti prece͂?ut in primo libro dictum eſt
Cap. 12 diffuſius.Nūquid deus uiā illis oſtendit,qua eū placaturi pro
cōmiſſo crimine,grauius ipſum offenderent? Q, ſi citra dei in
iuriā,ad uiuentes prius q̄ ad deū,nos plerūq; cōuertimus,im-
plorantes eoꝝ pro nobis oratione͂,cur ide͂ nobis facere nō lice
bit ad ſanctos ſupernæ ciuitatis incolas,longe fœliciore͂ ſtatū
ſublimiore͂q; gradū apud deū,q̄ habeant adhuc detenti ī hoc
IIII exilio,ſortitos? ¶ Cæterū frigida eſt admodū & futilis, quam
aduerſarij aſſignāt,cauſa,cur nō debeant hoīes ad ſanctos pri
us q̄ ad deū cōfugere,ne uideant(inquiūt) magis in ſanctis, q̄
in deo cōfidere,ne etiā id facientes,inſinuare quodā mō cen-
ſeant,ſanctos ipſos,eſſe benigniores in nos & proniores ad o-
pitulandū,q̄ ſit deus.Etenim facili ratiocinatione & oīno ſi-
mili refellit hęc eoꝝ ratio,hoc modo.Nō eſt ad aliū quemuis
prius q̄

prius q̃ ad deũ(ut aiunt)confugiendũ,ne uideamur de benig
nitate dei diffidere,& in alio quouis plus q̃ in deo confidere.
Nõ igit̃ debemus ad Chriſtũ hominẽ,mediatorẽ noſtrũ pri-
us cõfugere,q̃ ad deũ patrẽ cęleſtẽ,ne uideamur de ipſius dei
pr̃is diffidere clemẽtia ,aut magis in Chr̃o quatenus hõ eſt &
mediator noſter,cõfidere. Atqui id oẽs admittũt,ꝙ ad Chr̃m
mediatorẽ prius nos recte poſſum⁹ cõuertere, q̃ ad deũ patrẽ
q̊d ꝑ ipſum,acceſſum habemus ad patrẽ,ip̃o atteſtante qui ait
Ego ſum uia,ueritas,& uita. Nemo uenit ad patrẽ, niſi ꝑ me. Iohan.14
Ergo prior acceſſus per oratiõis obſequiũ,ad alium quẽuis q̃
ad deũ nullo modo eſt argumẽtum maioris in illo alio q̃ deo,
cõfidentiæ,neq; ullius in deũ diffidẽtiæ,quin potius eſt obſer
uatio ordinatiſſimæ cõſtitutionis diuinæ,qua ſanxit, ꝙ ꝑ alia
tanq̃ media acceſſum habeamus ad eũ. Itaq; ad Chriſtũ me-
diatorẽ noſtrũ ſæpenumero prius q̃ ad deũ patrẽ, cõfugimus
ut per ipſum,noſtræ oratiões ſint deo patri acceptæ. Cõſimi-
li quoq; modo,interdũ ad ſanctos prius q̃ ad deũ probe con-
uertimur,ut per eos tanq̃ mediatores ſecũdarios ac patronos
cõmodiorem habeamus & cõgruentiorẽ acceſſum ad deũ,in
quo præcipua noſtra fiducia,ſpes & cõfidentia eſt demũ col-
locata. Atq; ita faciẽtes, nõ negligimus deũ aut poſthabem⁹
eum ſanctis,quin potius eum impẽſius honoramus atq; ſubli
mius,cũ ipſum cõſtituamus præcipuũ totius honoratiõis fi-
nẽ. Haud diſpari etiã ratione refellit̃ atq; cõfutat̃ illud aduer-
ſarioꝝ ratiociniũ,quo in præcedẽtis capitis obiectione prope
modum ſunt uſi,hoc modo. Deus eſt benigniſſimus, atq; ad
nos adiuuãdos paratiſſimus,maximeq; propenſus. Ad eũ igi
tur ſolũ dirigendæ ſunt oratiões noſtræ, & nõ ad ſanctos, ne
uideant̃ ipſi eſſe benigniores in nos & indulgentiores, q̃ deus
Siquidẽ ſimili prorſus cõſequio necteret̃ & hæc ratio,quæ tñ
prorſus inualida eſt & eneruis. Pater cœleſtis eſt pientiſſim⁹,
ſummæ in nos miſericordiæ,benignitatis & clemẽtiæ. Ergo
ad eũ ſolũ eſt recurrẽdum, & nõ erit opus mediatore Chriſto
homine,ne de patris cœleſtis benignitate diffidere uideamur
Perſpicuũ eſt plane, in hac poſteriore ratiocinatiõe q̊d aſſumi
tur,ueꝝ eſſe,q̊d uero colligit̃,oĩno falſum,cũ deus pater Chri

 ſtum no-

ſtũ nobis mediatorẽ pro ſua immenſa bonitate cõſtituerit, per
quẽ nr̃æ preces offerãt illi & ſint acceptabiles. Haud aliter &
in priore ratiocinãdi gñe ac modo, q̃d primũ proponit admit
tendũ eſt, & q̃d ex illo cõficit, penitus refutandũ. Ex q̃ proti-
nus recte inferas, eã cõſequiŋ formã oĩno eſſe inualidã ac inu-
V tilẽ. ¶ Veꝝ aduerſariŋ ut hæc de Chr̃o mediatore adducta de
uitent incõmoda, & oĩm q̃ modo propoſita ſunt neruũ ac ro-
bur diſſoluãt, callide quærũt effugiũ, dicẽtes, orõnes eccl'iaſti-
cas & ſupplicationes q̃ ex ordinatione eccl'iæ ad Chriſtũ diri
gunt, ad eũ tantũ referri quatenus deus eſt, & deitatis in eo ha
bita dũtaxat ratione, nõ aũt illas fieri ad ipſum, q̃tenus eſt ho
mo, & attenta naturæ ſuæ humanæ cõditione. Atqui media-
tor eſt (inquiunt) rõne aſſumptæ humanitatis, nõ cõtemplati
one ſuæ diuinitatis, ꝗ ſecundũ hãc, nude ac ſimpliciter cõſide
ratã, citra unionẽ cũ nr̃a natura nequaq̃ mediator dicat. Ad
ipſum igit (aiunt) ut mediatorẽ, nullæ dirigunt preces eccl'ia-
ſticæ, nec ſupplicationes fiunt a pp'lo Chr̃iano. Q, ſi admitta
tur, cõuellunt prorſus & corruunt oĩa, q̃ in aduerſarioꝝ cõfu-
tationẽ ſunt mõ adducta. ¶ Sed cũ huiuſmodi meditant & q̃-
ritãt ſubtergiũŋ, cũ quibus literaria nobis agit cõcertatio, in
grauius incidũt erroris barathrũ quo detinent, proponẽtes id
& cõtendẽtes, ad Chr̃m ut hominẽ, nullas haberi preces ec-
cleſiaſticas, q̃d certe penitus a ueritate abhorret. Nẽpe eccl'ia
ſctã, ad Chr̃m has porrigit deprecatorias ſupplicationes. Fili
redẽptor mũdi deus, miſerere nobis. Agnus dei, q tollis pctã
mũdi, miſerere nobis. Dñe deus, agnus dei, filius patris, & ali
as cõpluſculas eiuſdẽ generis ac formæ. Atqui ipſe Chr̃s, re-
dẽptor mũdi dr̃ & agnus dei, rõne humanitatis a ſe aſſumptæ
ſecũdũ quã immolatus in cruce fuit, & agnus dei denominat⁹
& ſanguinẽ ſuũ p̃cioſum effudit pro nobis in p̃ciũ redẽptiõis,
& hinc mũdi redẽptor nũcupatus. Cõſtat itaq;, ab eccl'ia orõ-
nes ad Chr̃m dirigi, q̃tenus hõ eſt, & mediator nr̃. Porro hæc
Thomas & alia pmulta ad materiã uenerationis ſctõꝝ ſpectãtia, ptra-
Vvaldẽ. ctat copioſe, p̃clare & erudite uenerãd⁹ pr̃ Thomas Walden
quondã prouincialis in Anglia Carmelitani ordinis, in libro
ſuo ſingulari ac egregio, quẽ inſcripſit de ſacramẽtalibus, tpe
Martini

Martini. 5. ſummi põtificis ædito, & ab eodẽ approbato. In
cuius qdẽ libri cap. 108. & deinceps ſequẽtibus uſq; ad cẽteſi-
mũ decimũqntũ, acriter cõfutat eos (potiſſimũ Vicleuiſtas et
eorꝝ aſſeclas, cõtra q̃s, totũ id opus diffuſum cõponit) q dicunt
ſctõs nõ eſſe a nob orãdos, eorũq; cauillatiões argute diſſoluit
¶ Sed & hic nõ ſuperuacuũ fuerit id annotare, beati pr̃is Ber- VI.
nardi tp̃e, hãc etiã impietatẽ de ſuſtollẽda ſctõꝝ ueneratione,
apud nõnullos graſſatã fuiſſe, queãdmodũ ipſe apte innuit, in
ſermone. 66. ſup cãtica cãticoꝝ. ubi cũ cæteris uulpeculis, q̃ Canti. I.
demoliunt uineã dñi, & hãc uafrã atq; aſtutã uulpẽ capere re
tibus ueritatis ſtudet, dicẽs. Videte detractores, uidete canes. Bernardus
Irridẽt nos qa baptiſamus infãtes, qa oramus pro mortuis, qa
ſctõꝝ ſuffragia poſtulamus. In omni gñe hoim atq; in utro q;
ſexu, feſtinãt proſcribere Chr̃m, in adultis & paruulis, in ui-
uis & mortuis. Hinc quidẽ infantib⁹, ex ĩpoſſibilitate naturæ
inde uero adultis, ex difficultate cõtinẽtiæ, ꝓſcribentes. Porro
mortuos, uiuẽtiũ fraudãtes auxilijs, uiuẽtes nihilomin⁹, ſctõꝝ
q deceſſerũt ſuffragijs ſpoliãtes. Et paulo poſt eodẽ loco. Vi-
uẽtiũ q̃q; preces & hoſtias, mortui q opus habebunt & digni
erunt, mediãtibus ꝑcipiẽt angelis, & eoꝝ q iã ꝑuenerunt, ui-
uẽtibus adhuc nequaq̃ ſolatia deerunt, ꝑ deũ q ubiq; eſt, & in
deo, nuſq̃ affectu charitatis abſentiũ. Hæc Bernardus. ¶ Cæ- VII.
terũ id reuera mirũ uideri debet, hydrã illã Lernæã toties im-
mane caput ſtygia palude extuliſſe, & hoim animis ſua inſtil
laſſe uenena. Miꝝ etiã & id, ꝙ tã diuerſis tp̃ibus ſerpens anti-
quus illud atrũ uirus mũdo inſibilauerit atq; ĩmiſerit. Ad qd' Suffragia ſan
enecãdũ, nõ inutile prorſus erit hoc inter cætera antidotũ, ne ctorum nobis
q; inefficax oĩno medicamẽtũ, q̃d ſequit. Planũ eſt quidẽ, alie prodeſſe.
nã fidẽ nõnunq̃ aliq̃bus ſuffragari apud deũ, ad ſalutẽ cũ cor-
poris tũ aĩę cõſequẽdã. Vt mulieris Chananeę fides ĩpetrauit Matt. 15
a dño, filię ſuę liberationẽ a dęmonio, cũ ei dictũ ſit. O mulier
magna ẽ fides tua, fiat tibi ſicut petiſti. Offerẽtiũ itidẽ paraliti
cũ demiſſum tecto añ Chriſtũ, fides fuit illi ꝓſidio ad recipiẽ-
dã integrã ſanitatẽ. Nã eorũ fidẽ uidens Chriſtus (ut ait euan Mat. 9
geliſta) curauit ægrotũ. Demũ fides eccleſiæ ſanctæ, paruu-
lis qui baptiſmo abluunt, confert ad ſalutẽ, ut modo adductis

exēplis oſtēdit S. Bernardus, in prędicta homilia ſexageſima
ſexta ſuper cātica. Cur igit' aliena ſuffragia cōſimili iure nō pa
trocinabūtur apud dñm ijs pro quibus fiunt? ſiue a uiuētibus
hic, illa præſtētur, ſiue a ſanctis qui dño mortui ſunt. Si fides
ipſa (quę tacitū eſt et occultū in auribus dei ſuffragiū) tantę eſt
efficaciæ, ut alijs impetret dona ſalutaria, cur idē nō præſtabit
apertum orationis ſuffragium, a ſanctis deo factum?

¶ Q; ſancti, bonis ante actæ uitæ opibus id aſſecuti ſunt,
ut nobis orõne ſua ſuffragari poſſint. Cap. VIII.

Ctauo aūt loco, ita ratiocinātur aduerſarij noſtri.
I Sancti ipſi iā ſedibus æthereis recepti, nec pręcedē
tibus meritis, operibuſq; bonis deo gratis, quę hāc
agētes uitā exercuerunt, nobis auxilio eſſe poſſunt
nec recentibus atq; poſt tranſitū eorū ab hac uita, factis opera
tionibus, q̄ deo ſint acceptæ. Ipſorū igit' probitas & bonitas,
nullo modo nobis opitulari poteſt. Nō præcedentibus quidē
nec anteactis operibus bonis, qm̄ pro illis ſuā receperunt in-
tegrā mercedē, ſecūdum illud uerbū beati pauli ad Epheſios.
Ephe. 6 Vnuſquiſq;, quodcūq; fecerit bonum, hoc recipiet a dño, ſiue
ſeruus ſiue liber. Cū itaq; ſufficienter, imo ultra ſuorū operū
dignitatē ſint a dño remunerati, nequaq̄ illis operibus & hæc
adijciet' merces, q; ſancti ipſi cōtemplatione illorū, ſint præſi-
dio alijs, auxiliū eorū implorantibus, Alioqui duplex eiuſdē
aſſignaret' operibus præmiū, quod diuinæ æquitati nequaq̄
Naum. I. cōgruit, ſicut neq; iudicare bis in id ipſum, & pro uno admiſ-
ſo duplicē cōſurgere tribulationē. Nec recentibus ſuis meri-
tis operibuſq; bonis, q̄ poſt reſolutionē a corpore agant ī cœ-
lo, id aſſequi ualent, ut uiuentibus opē ferant ſancti. Nēpe iā
diutius percurrerunt huius uitæ ſtadiū, in quo ſolo quicq̄ pro
merendi locus eſt, metāq; attigerunt, poſt quā nō eſt amplius
Apoca. 14. laborandi tēpus, ſecūdū illud dictū in Apocalypſi. Amodo
iā dicit ſpūs, ut requieſcant a laboribus ſuis, opera em̄ illorū, ſe
quunt' illos. Nullus ergo relinquit' modus, quo bona ſancto-
II rū opera, uirtutūq; excellentia & dignitas, nobis patrocinari
queant. ¶ Cæterū huic cauillo reſpondendū eſt, ſanctos ipſos
& ante actis ſuis meritis, itidē & præſentibus, poſſe nobis af-

ferre

ferre preſidiũ. Præteritis quidẽ operibus bonis,q̃m illa a deo
acceptata ſunt grataq; habita, nõ ſolũ ad hunc præmij gradũ
ut inde uitã conſequant̃ æternã ipſorum authores ſancti,ſed eti-
am ut opẽ eorũ implorantibus multa poſſint beneficia, ſpiri-
tualiaq; munera impetrare.Itaq; cũ hic uixerunt ſancti, tunc
præclaris operibus ſuis id obtinuerunt, ꝙ ad eorum iã in cœlis
glorificatorum opem cõfugientibus impetrent,q̃ a deo poſtula-
uerint.Perinde atq; ſecundũ beati Auguſtini ſententiam ab Auguſtinus
oibus approbatã,hac uita defuncti & locis animarum expiato-
rijs deputati,id cũ adhuc uiuerent,bonis ſuis actibus merue-
runt atq; obtinuerunt,ꝙ eis poſt mortẽ corporis prodeſſe poſ-
ſint ſuffragia eccleſiæ & uiuentiũ.Videmus enĩ plerũq;,regẽ
terrenũ,nõ ſolũ ſtrenuo ſuo militi; propter hoſtes ab eo pro-
pulſatos aut egregiũ aliquod facinus militare,eximiã,amplã,
& magnificã remuneratione reddere,uerũetiã ad eius petio-
nẽ,atq; in grãm & fauorẽ illius,alijs inſuper bñficia impen-
dere.Quẽadmodũ Nabuchodonoſor rex Babylonicus poſt-
q̃ Danielẽ prophetã mirifice honorauit,ob interpretationẽ
ſomnij q̃d illius mente elapſum fuerat,ſicut & añ in primo li-
bri præcedẽtis capite dictũ eſt,ad poſtulationẽ eiuſdẽ cõſtitu- Danie.2.
it ſuper oĩa opera prouinciæ Babylonis,Sidrac Miſac & Ab-
denago,ſocios illius.Sic etiã deus ipſi Abrahæ,propter me- Gene.22.
morabilẽ obedientiã,in prompta uolũtate immolãdi filiũ ſuũ
oſtenſam,promiſit eidẽ nõ mõ ampliſſimã mercedem,ſed &
magnã bonorum affluentiã,poſteritati eius elargiendã. Et ipſi
Dauid,ob ſingularẽ uitæ eius ſanctitatẽ morũq; integritatẽ,
pollicitus eſt dñs,ꝙ & ſemen eius poſt ipm̃ obtineret etiã re- 2.Reg.7.
gnũ Iſraeliticũ,ſceptroq; paterno potiret̃.¶Nouis itidẽ & re- III.
centibus bonis operibus,id obtinent in cœleſti regno ſancti,
ꝙ alijs eorum inuocantibus auxiliũ ferant opẽ,atq; a deo impe-
trent q̃d poſtulauerint.Nã cũ deo orationẽ pro ſuis ſupplici-
bus fundunt,hæc ſupplicatio,eo quẽ deus nouit modo facta,
grata eſt acceptaq; diuinæ bonitati,& efficax ex ſyncæra dei
in eos beneuolentia atq; propenſa benignitate,ut impetret ijs
pro quibus rogãt,aliquod munus,q̃d nequaq̃ obtinuiſſent il-
li ſupplices ſanctorum cultores,ſi nõ fuiſſet diuinæ maieſtati tũc

 oblata

oblata a ſanctis illa pro eis orõ. Neq; illud pro alijs orãdi mu-
nus ac officiũ, aduerſat̃ ſtatui ſummæ beatitudinis, quẽ aſſecu
ti ſunt ſancti in regno cœloꝝ. Qm̃ illius facti participes, q̄q̄
ſibi ipſis acquirere nõ poſſunt nouã mercedẽ, aut ſublimiorẽ
gloriæ tronũ, attamẽ recte alijs optare poſſunt & expetere ſu
is precibus ea bona, ꝑ q̄ & ipſi pro quibus orant, efficiant̃ eiuſ
dẽ fœlicitatis æternæ cõſortes. Quẽadmodũ aliqs apud regẽ
terrenũ, ſupremũ amicitiæ gradũ adeptus ꝑ obſequia añ præ-
ſtita, recte pro alijs orare poteſt regẽ, nõ quidem ut per illam
orationẽ, excelſiorẽ aſſequat̃ dignitatis gradũ, qm̃ eo quẽ cõ-
ſecutus eſt, maxime contentus eſt, neq; pro ſe aliud quippiam
expetit, ſed ut alijs opẽ ſuã implorantibus opitulet̃, atq; a rege
eis obtineat quippiã doni, ſicut & Danielem poſtulaſſe a re-
Danie. 2. ge Babylonis, ſocioꝝ ſuoꝝ promotionẽ, modo dictũ eſt. Ita-
q; nõ ſibi orant ſcti, ſed alijs, nõ ſibi etiã acqrunt noua munera
ꝙ omnimodã habeãt bonorum ſufficientiã, ſed alijs, ad ſuum
patrociniũ confugientibus. Vt & Chriſtus deus noſter, ad de
xterã patris ſedens in gloria maieſtatis, non ſibi expoſcit aut
uendicat noua a deo patre dona, ſed nobiſipſis, quoꝝ eſt ad-
IIII uocatus. ¶ Porro quẽadmodũ diuerſa fuerũt ſanctoꝝ (cũ hic
uiuerẽt) merita, diſtinctaq; bonoꝝ operũ gña, nã hi una uirtu
te, ut patiẽtia, clarius emicuerũt, illi alia, ut uirginitate, alij ue-
ro alia quapiã, ut zelo iuſtitiæ, Ita & ipſoꝝ in æterna beatitu-
dine diuerſa ſunt præmia, ſuis rñdentia bñfactis, ſcdm illd̃ uer
bũ dñi apud Iohãnem. In domo patris mei, mãſiones multæ
Iohan. 14 ſunt. Quod & aſtruit B. Auguſtinus in libro de ſctã uirgini-
Auguſtinus tate, dicens. Quia uita æterna pariter erit oĩbus ſanctis æqua-
lis, denarius unus oĩbus attributus eſt. Quia uero in ipſa uita,
diſtincta fulgebunt lumina meritoꝝ, multæ mãſiones ſunt a-
pud patrẽ, atq; ꝑ hoc, in denario quidẽ nõ impari, nõ uiuit ali9
alio prolixius, in multis aũt mãſionibus, honorat̃ alius alio cla
rius. Ex qbus duob9 añ dictis, diuerſitate inq̄ ſingulariũ uirtu
tũ, & p̃mioꝝ uarietate, nõ irrationabil̃r etiã colligere licet, di-
uerſos ſctõs diuerſas gr̃as & priuilegia ſiue dona uaria, a deo
eſſe cõſecutos, & q̄tũ ad ſeipſos, & q̄tũ ad neceſſitates uel de-
fectus uiatoꝝ ſubleuãdos, ſeu ad gratiaꝝ mũera & bñficia im

petrãda

petrãda. Et hinc memorabile aſſignaẗ a p̃clariſ authorib⁹ do-
cumentũ, ꝙ ſiquis uitio quolibet acrius impugnaẗ, eũ intenti
us ueneret ſanctũ & inuocet, q oppoſita illi uirtute eminenti-
us effulſit. Quẽadmodũ ſpiritu infidelitatis tentatus, attendat
ſingulariter Abrahã & Petrũ, fidei uirtute pręſtãtiſſimos, eõſ
qꝫ ueneret impenſius. Siquis itẽ appetẽtia uindictæ in pſecu-
tores, cõcitet, Dauid & Stephanũ cõſideret attentius, mãſue-
tudine & in inimicos beneuolẽtia p̃ cæteris inſignes, & ad eo
rũ patrocinia recurrat. Si deniqꝫ carnis petulãtia quẽpiã acri-
us inſtimulat, caſtũ Ioſeph protinus ſuo obĳciat animo, cãdi-
diſſimaſqꝫ uirgines Agnetẽ & Ceciliã, puritate caſtitatis, ſplẽ
doreqꝫ uirginitatis, in primis ſpectabiles, illaꝝqꝫ imploret ſuf
fragia, & demũ exaudieẗ. Et hoc pacto per cæteras uirtutes, q
bus eminenter ſancti effloruerunt, ad illas obtinendas inuocã
di, eſt progrediendum.

¶ Per ſctõꝝ orões, tãq̃ mediũ a deo p̃ordinatũ, nos ab eo impetrare poſtulata grarum munera. Cap. IX.

NOno uero iaculo, ita nos aggrediunẗ aduerſarĳ. I
Aut ſcti ipſi, cũ fundere deo p̃ces pro alio cõſtitu-
unt, cognoſcũt deũ uelle cõferre idip̃m q̃d ſunt po
ſtulaturi, aut nolle illud cõferre. Si primũ qs dede-
rit, irrita eſt & inanis eoꝝ orõ, cũ habeãt cõpertũ anteq̃ orant
hauddubie deũ id daturũ quod petunt. Nõ eñ eſt neceſſaria
eo oratio ad aliquid aſſequendũ, quæ etſi nõ fieret, haud mi-
nus id habereẗ. Si uero ſecundũ quis aſſignauerit añ propoſi-
tũ membrũ, utpote ſctõs anteq̃ orãt, cognoſcere ꝙ nolit deus
conferre id id quod ſunt petituri, etiã uana eſſet ea orõ, quã fa
cientes eſſent paſſuri repulſam. Quinimo tunc etiã nequaq̃
orarent, qm̃ diuinæ uoluntati penitus addicti & concordes,
nihil tentarent petere, q̃d eius ſuperbonæ uolũtati eſſet diſſo-
nũ. Et ex hoc ratiocinio cõficere nituẗ, ip̃os ſanctos nequaq̃
orare pro nobis, in hoc uitæ ſtadio adhuc currẽtibus. ¶ Veꝝ II
huic captioni reddenda ẽ reſponſio, in diuino bñplacito id ſi-
tum eſſe, an ſanctis anteq̃ orẽt reuelare uelit, quid circa id qd⁹
petere decreuerunt, ipſe agere diſpoſuerit, quandoquidem

hmõi

hmōi notio(nec una, utputa ꝙ deus ſit id q̄d peteť, facturus,
nec altera, ꝙ deus idipſum nō ſit facturus)ſanctis ut pro nobis
orent, ante ipſam orationē ſit neceſſaria, cū poſſint utrūq; illo
rū, anteq̄ orent(ꝙ deus ante non reuelarit) ignorare. Eſto tn̄,
cognoſcant ſancti diuina reuelatiōe priusq̄ orent, ꝙ deus eos
exaudiet orantes pro cuiusq̄ ſalute, nō tamen idcirco nequic-
q̄ & i uanū fiet illa ſanctoꝝ oratio. Qm̄ ſicut deus uult cuipi-
am æternā cōferre ſalutē, ita uult per determinata certaq; me
dia, ſcilicet orationē ſanctoꝝ & bona illius opera, illi cōferre
ſalutē perpetuā. Et quemadmodū ab æterno cognouit deus
Iohannē eſſe aſſecuturū uitam ęternā, ita & ante ſecula cogno
uit eundē talibus medijs, utputa interceſſione ſanctoꝝ & ob-
ſeruatione mandatoꝝ dei, habituꝝ æternā uitā. Quocirca ꝑ-
ordinatio diuina circa alicuius ſalutē perpetuā, nequaq̄ muta
tur per ſanctoꝝ orationē, ſed cōfirmať potius & cōſummatur
impetraťq; ſalus illa orantibus ſanctis, qua ab æterno deus ꝑ-
definiuit eſſe illi cōferendā ꝑ ſanctoꝝ interceſſionē, & nō ali-
ter. Neq; difficile fuerit, in terrena republica ſimile quippiam
rei propoſitæ aſſignare. Siquis em̄ regi arctiſſima cōiunctus
bn̄uolentia & neceſſitudine, exploratū an̄ habuerit, ꝙ ſi pro
amico ſuo donū aliq̄d a regē petat, procul dubio illud obtine-
bit, nō propterea putabit orationē ſuā fore inutilē, aut nō eſſe
regi faciēdā, quinimo eo ipſo maxime incitabiť ad orādū, qm̄
an̄ cognoſcit ſe impetraturū q̄d petet, & niſi orauerit regē pro
tali munere illi obtinēdo, amicū illū nequaq̄ tale donū habitu
rū. ¶ Porro cōſimili argutia ſophiſtica, cōtēderet facile quiſpi
III. am, ꝙ noſipſi hic uitā agētes, nullā deberemus deo orationē
porrigere. Nā aut uult(diceret)deus dare q̄d petimus, aut nō
uult. Si uult dare, & ab æterno uoluit idē dare, qm̄ uolūtas eiꝰ
eſt imutabilis, q̄re id daturus eſt, etiā nobis nō orātibus. Si ꝟo
nō uult deus illud dare, cū nō poſſimus orone nr̄a uolūtatem
eiuſ æternā in diuerſum cōuertere, nō eſt illud nobis orātibus
daturus, q̄re rurſum fruſtra oramus. Rn̄dendū eſt em̄ illi, ꝙ ſi
cut ab æterno uoluit deus id muneris(q̄d orone ad eū fuſa im
petramus)dare ita uoluit atq; ꝑcōſtituit, ꝑ tale certū mediū ſci
licet ꝑ noſtrā orationē, idē grāe munus nobis cōferre. Quare
illa ora-

illa orõ nõ eſt inanis, ut q̄ ſit mediũ a deo determinatũ, ꝑ q̄d ſumus id donũ ab eo cõſecuturi. Exẽpli gr̃a, promiſerat dñs Abrahę, ꝙ in Iſaac uocaret̃ illi ſemẽ, ꝙq; in ſemine illius bñdicerent̃ oẽs cognationes terræ, q̃re ꝑordinauerat deus etiã añ ſecula, ꝙ habiturus eſſet Iſaac prolẽ ex caſto cõiugio, de q̄ Chr̃s dñs nr̃ ſcd̃m carnẽ deſcẽderet. Attñ cũ Rebecca uxor eius lõgo eẽt tp̄e poſt inita cõnubij fœdera ſterilis, orauit Iſaac dñm pro uxore ſua, ut prole fieret fœcũda, & exaudita eſt eius orõ Quis (oro) hãc orõnẽ Iſaac dixerit fuiſſe irritã apud deũ, q̄ uis id expetiuerit, q̄d añ dñs ꝑordinauerat atq; promiſerat; qñqui dẽ ipſa orõ, mediũ erat a deo ꝑcõſtitutũ atq; ꝑcognitũ, q̄ ſuam promiſſionẽ de ſemine Abrahæ multiplicãdo, & prole ipſi Iſaac cõcedẽda, erat expleturus. Cõſimili q̄q; rõne B. Petrus in. 2. ſua ep̄la canonica, ſcribit ad credẽtes in Chr̃m. Quapropter fr̃es magis ſatagite, ut ꝑ bona opa, certã ueſtrã uocationẽ & electionẽ faciatis. Hęc em̃ faciẽtes, nõ peccabitis aliquãdo Ecce admonet Petr⁹, electionẽ fideliũ q̄ ſunt ꝑdeſtinati a deo, & ꝑordinati ad uitã æternã, eſſe bonis opibus cõfirmãdã atq; corroborãdã, ꝙ ipſa bona opa, mediũ ſunt a deo ꝑuiſum atq; ꝑdefinitũ, q̄ electio ſanctoꝝ ꝑficiat̃ & cõpleat̃. ¶ Cæteꝝ ꝑter tres rõnes in ſexto ꝑcedẽtis libri capite aſſignatas, quare ſancti ſunt a nobis honorãdi tanq̄ nr̃i apud deũ patroni, & aliæ tres a probatis addunt̃ authoribus cauſæ, ad idẽ tẽdẽtes. Prima eſt propter noſtrã inopiã atq; inſufficientiã in agẽdis bonis opibus, ſubleuandã. Qm̃ em̃ adhuc mortalis corpis indumento ſumus circũdati, q̄d aggrauat animã & deprimit humi, nõ facile poſſum⁹ attẽto (ut decet) aĩo opa bona & ex charitatis feruore prodeũtia exercere. Itaq; ut dñs cũ miſc̄dia ſimul ſeruaret iuſtitiã, & unã altera tẽperaret, uoluit ut q̄bus opa bona ꝑpria nõ ſufficiũt ad doni alicuius impetrationẽ, patrocinarẽt̃, & ſuccurrerẽt aliena, et ita indigẽtia nr̃a ſubleuaret̃, ꝑ aliorum abũdãtiã. Scd̃a cã eſt, propter ſc̃tõꝝ gloriã manifeſtãdã. Nẽpe ut ipſa cognoſcat̃, ꝑ ipſos dignat̃ deus facere miracula in ſanitatibus corpoꝝ, atq; opari ſalutẽ in aĩabus hoĩm q̄ ſc̃tõs deuote inuocãt. Vt ex his ſpũalibus bñficijs, in eoꝝ laudes erigant̃ ac aſſurgãt hoĩes, atq; ad imitationẽ uitæ eoꝝ excitent̃, q̄

Gene. 17. 22.
Gene. 25.
2. Petri. 1.
IIII
Sapien. 9.

n demum

demũad eãdẽ puenire gloriã, eodemq; pfrui gaudio ualeant.
Tertia uero eſt, propter dei reuerentiã, in ſua auguſtiſſima di
gnitate aſſeruãdã. Vt uidelicet peccatoꝝ mole obrutus, ſibiq;
cõſcius hõ ꝙ grauiter deũ offenderit, tanq̃ nõ audẽs ſe primũ
cõſpectui diuinæ maieſtatis tremẽdæ pariter & reuerẽdæ, ob
ſceleꝝ ſordes ingerere atq; p̃ſentare, recurrat ad ſctõs cãdore
puritatis p̃fulgidos, deoq; gratiſſimos, q peccatoris p̃ces deo
tanq̃ libellũ ſupplicatoriũ exhibeãt, eaſq; ſuis adiunctas preci
bus, diuinæ benignitati reddant acceptiores.

¶ Sãctos, etſi abſentes nobis ſint, nr̃as ad ſe fuſas orõnes, ex diuino bñplacito audire, & cognoſcere. Cap. X

INſup obijciũt decimo loco, q ſanctos nõ eſſe oran
I dos cõtendũt, hãc rationẽ. Sãcti cœleſtia incolẽtes
tabernacula, nobis abſentes ſunt, et maximo ab hac
nr̃a habitatiõe terrena interuallo diſſeparati, ob q̊d
haudubie impediunt, q̃ minus orõnes nr̃as (q̃s illis fundim⁹)
cognoſcãt, aut aliquo mõ pcipiãt. Ridiculũ eſt igit & abſur
dũ, ꝙ eos ſuppliciter oremus, ut q nr̃as preces nequaq̃ attẽde
re aut audire queãt, haud aliter ac ineptũ foret, ſi quis apud Pa
riſios cõſiſtens procũberet in terrã, flecteretq; genua ad oran
dũ amicũ ſuũ Romæ agentẽ, q nullo mõ illius apud Sequani
os degẽtis audire uerba, nec mentẽ intelligere poſſet. Et hanc
unã rõnem, Hectorei & Achillæi roboris, ualidiſſimãq; pu
tant, ac prorſus eã cõuincere autumãt, nõ eſſe a nobis ſanctos
II orõnibus inuocãdos. ¶ Verũ eã eẽ mancã atq; inualidã, adiu
tore deo mõſtrabimus, cõfitẽtes quidẽ ingenue, ſctõs ipos nõ
poſſe naturali uia ac rõne attingere orationũ noſtraꝝ (ſiue mẽ
te ſola fiant a nobis, ſiue etiã uoce) notionẽ, quẽadmodũ ſuper
Eſaiæ. 63 illo Eſaiæ uerbo. Abrahã neſciuit nos. & Iſrael ignorauit nos
interliniatis expoſitio ait. Mortui em̃ ſancti neſciũt, qd agãt
Auguſtinus uiui, etiã eoꝝ filij. Quę ſumpta uidet ex illo dicto B. Auguſti
ni, in libro de cura pro mortuis agẽda. Si tãti (inquit) patriar
chæ, qd erga pplm ab eis procreatũ ageret, ignorauerũt, quõ
mortui, uiuorũ rebus atq; actibus cognoſcẽdis adiuuãdiſque
miſcent? Et id ſolũ cõficit aduerſarioꝝ ratio mõ adducta, qd
uel ſine rõne ultro eis tribuimus. Veruntamen diuina reuela
tione eis

tione eis inſinuãte q̃d ad gloriã eorũ & honorẽ attinet, q̃s ad-
dubitauerit ſanctos, uota nr̃a & ſupplicationes ſibi factas ag-
noſcere? Nõne admittent ipſi, cõtra q̃s literariã agimus mili-
tiã, deũ noſtras preces nõ ignorare? ſiue penitiſſimis animi p̃-
cordijs ſint fuſæ, ſiue uerbo deprõptæ. Nõ id (reor) inficiabũ-
tur, q̃nquidẽ oĩa nuda & apta ſunt oculis eius, qui ſolus nouit
corda filiorũ hoĩm. Nõne & id tribuent, deũ eaſdẽ preces no- Hebræ. 4
ſtras ad ſc̃tõs effuſas, poſſe ſc̃tis ipſis aſſidua diuinitatis eius ui- 3. Reg. 2
ſione beatis, pro ſua benignitate reuelare? Q̃d ſane ut p̃t, etiã
& p̃ſtare hoc ſanctis amicis ſuis, eſt admodũ rõnabile, q̃nqui-
dẽ hoc ad dignitatẽ & cumulũ gloriæ eorũ attineat, q̃ cogno-
ſcãt ea q̃ ad honorẽ ipſorũ hoc in mũdo agunt. Inſinuat igit
deus clariſſimo gloriæ ſuæ lumine ſanctis, atq; indicat eis, mõ
quidẽ nobis incognito, ſibi aũt uel notiſſimo, orationes nr̃as, III.
q̃s effundimus ipſis, cũ eorũ imploramus patrociniũ ¶ In hãc
plane ſentẽtiã deſcẽdit Hugo de ſancto Victore, in libro ſecũ- Hugo de ſancto Victore.
do de ſacramẽtis dicens. Multi in quæſtionẽ adducũt, ſi ſan-
cti preces ſupplicantiũ audiunt, ſi uota poſtulantiũ, ad ipſorũ
uſq; cognitionẽ pueniũt. Difficile eſt iudicare de hmõi. Qũo
eñ ſcientia nr̃a, certa eſſe p̃t de ipſis, qui eam quã de nobis ha-
bent ſcientiã, nec capere poſſumus nec inueſtigare? Hoc unũ
certũ eſt, animas ſanctorũ in ſecreto diuinæ contemplationis
cõſtitutas, eorũ quæ foris agunt tantũ ſcire, quantũ illis uel ad
gaudiũ uel nobis ad auxiliũ prodeſſe conſtat. Nos interceſſo-
res quærimus apud deũ, quid amplius uis? Times ne forte nõ
orent, qui ſemp orant? Quomodo nõ orabunt pro te quando
tu oras, qui & quãdo tu nõ oras, orare tñ non ceſſant? Si non
audiunt inquis, & ego in uentũ fundo uerba, nõ audiẽtibꝰ &
nõ intelligẽtibus loquẽs. Ecce dicamus. Nõ audiũt ſancti uer-
ba poſtulãtiũ, neq; ad beatitudinẽ illorũ attinet, iſta noſſe q̃ fo-
ris agunt. Ecce dicamus, nõ audiunt. Nunq̃d deus nõ audit?
Quid ergo laboras inueſtigare, q̃d audiũt & quãtũ audiũt ſan-
cti quos oras, cũ ipſe deus audiat, propter quẽ oras? Ipſe uidet
humilitatẽ tuã, q remuneraturus eſt deuotionẽ tuã. Tñ ſi audi-
unt, & q̃tũ audiunt, q̃d eſt audire niſi ſcire? Unum eſt lumen
in quo audiunt ad percipiendum, & uident ad cognoſcẽdum

In q̃ ſi q̄d forte foris agiť, q̄d mõ interim nõ audiũt aut nõ ui-
dent, myſteriũ eſt diſpẽſationis, nõ detrimẽtũ fœlicitatis. In-
ueniunť tñ quidã ſanctoꝝ patrũ, q̄dã ita definiuiſſe, q̄ſi nihil
ſit in creaturis q̃d nõ uideãt, q uidẽtẽ oĩa uidẽt. Ego amplius iu
dicare nõ p̄ſumo, niſi hoc ſolũ, qm̃ tm̃ uidẽt, q̃ tũ illi placitũ ẽ,
Gregorius. quẽ uident, & in q̃ uident. Hec Hugo. Accedit illi & B. Gre
gorius, in moral. lib. 2, dicẽs. Quid de his q̃ ſcienda ſunt, neſ-
ciunt, q ſcientẽ oĩa ſciũt? Vbi Gregorius, q̃ ſcienda ſunt, pro
be adiecit, qm̃ nõ oĩm ſine diſcrimine ſcientiã ſanctis tribuen
dã cenſet, ſed eoꝝ dũtaxat, q̃ ab ipſis ſciri expedit. Ea aũt ſunt
q̃ ad eoꝝ gloriã honorẽq; ſpectãt, q̃q; diuinæ bonitati ac cla-
ritati quã ſemp̱ uident eis reuelare placitũ eſt. De q̃ꝝ nũero
ſunt hauddubie uota preceſq; fideliũ, ad ſctõꝝ patrocinia con
fugientiũ, q̃ cedũt ad ampliorẽ ipſorũ honorificẽtiã atq; glo-
IIII rificationẽ. ¶ Pñt nihilominus etiã ſancti cognoſcere ſuppli-
cationes nr̃as, q̃s hic eis fundimus, miniſterio & denũciatione
angelicoꝝ ſpirituũ, q ſedulo nobis aſſiſtunt ad cuſtodiã, & ad
tutelã inuigilant, piaq; ſolicitudine nr̃as preces deo & ſanctis
offerũt, ſcd̃m illud Raphaelis teſtimoniũ, ad Tobiã ſeniorem
Tobiæ, 12 Qñ orabas cum lachrymis & ſepeliebas mortuos, ego obtuli
orationẽ tuã dño. Cur igiť nõ ſir̃ credam⁹ or̃ones nr̃as ad ſan
ctos effuſas, ab angelicis ſpiritibus, etiã ipſis inſinuari? cũ id in
noſtrã tendat ſalutẽ, & in ipſoꝝ q̃s inuocam⁹ ſanctorũ nõ me
V diocrẽ gloriã. ¶ Sed nũc ex ſcripturæ ſanctæ teſtimonio, etiã
refellať & cõfuteť hæc aduerſariorũ nr̃oꝝ captioſa argutia. Si
nõ audiũt ſancti, eo quẽ nouit deus mõ, or̃ones nr̃as q̄bus eos
ueneramur, cur ergo q̃tidiano cãtico cõcinit eccl̃ia ſctã. Bñdi
Denie. 3. cite Anania, Azaria, Miſael dño, laudate & ſup̱exaltate eum
in ſecula? cũ tres illi fornacis Babylonicæ uictores pueri, ad q̃s
hic ſermo exhortatorius dirigiť, nequaq̃ nobis p̄ſentes ſubſi-
Pſal. 148 ſtant. Cur item q̃tidie decãtamus in ſacra pſalmodia. Laudate
dñm oẽs angeli eius, laudate eũ oẽs uirtutes eius, cũ nequaq̃
aſſint nobis angelicæ oẽs ſubſtãtiæ? Rurſum, q̃re propheta ĩ
Pſal. 33 pſalmo ſctõs oẽs cõpellat, hoc mõ? Timete dñm oẽs ſancti ei⁹
Pſal. 30 qm̃ nõ ẽ inopia timẽtib⁹ eũ. Et rurſũ Diligite dñm oẽs ſcĩ ei⁹
qm̃ ueritatẽ requiret dñs, & retribuet abũdãter faciẽtibus ſu-
perbiam.

perbiã. Deniq̃, q̃re in oĩm ſctõꝝ p̃coniũ canit ecclia catholi-
ca hoc cãticũ q̃d in ſacra ponit Apocalypſis: Laudẽ dicite deo Apoca. 19.
nr̃o oẽs ſancti eius, & q timetis deũ puſilli & magni. Si ad an
gelos btõs, ſi ad ſctõs oẽs recte dirigit ex uſu ſcripturæ ſacræ,
ſermo exhortatorius aut admonitorius, cur nõ cõſimiliter ad
eoſdẽ apte diriget oro nr̃a deprecatoria: quã eodẽ prorſus mõ
audiãt, q̃ pcipiunt illas ex ſcriptura mõ adductas ad timorẽ ac
laudẽ dei exhortationes. Et ſi nõ ſunt orãdi ſancti, neq; hiſce
q̃q; exhortationibus p̃dictis ſunt incitãdi ad laudes deo pſol-
uẽdas, q̃d tñ nemo ſanæ mẽtis dixerit, tãtis ſcripturæ teſtimo
nijs cõuictus. Quinimo q̃d amplius eſt, in ſacris cãticis ad deũ
laudãdũ excitatorijs, habent plerũq; uerba apud ſacras literas
ad res prorſus inanimas, audit⁹ & notionis oino exptes, ut ad
ſolẽ, lunã, ſtellas, montes, & colles. Vt in cãtico triũ puerorũ Danie. 3.
Hebræoꝝ. Bñdicite ſol & luna dño, bñdicite ſtellæ cœli dño
& in alijs cõpluribus eiuſdẽ cãtici uerſibus. Et in pſalmo. 148 Pſal. 148.
Laudate eũ (ſc3 dñm) ſol & luna, laudate eũ oẽs ſtellę & lumẽ
& in cæteris uerſibus ſequẽtibus. Potiore igit rõne, dirigunt
orones nr̃æ deprecatoriæ ad ſctõs, ſpũali auditu preditos, &
intellectuali cognitione. Et q ritũ ac uſum orãdi ſctõs impro
bauerit, eodem prorſus, imo ualentiore iure improbet hęc cã-
tica, in quibus inanimatæ ſubſtãtiæ excitãtur ad dei laudem,
ſermone ad eas directo, opus eſt.

¶ Præter Chr̃m, & poſt eũ, ſacrã eius matrẽ & ſanctos, eſ-
ſe & recte dici noſtros mediatores. Cap. XI.

ALiã rurſum obiectionẽ moliunt in nos aduerſarij, I
q̃ undecimũ occupet locũ, hoc mõ. Vnus Chrũs,
eſt uerus mediator nr̃, p quẽ acceſſum habeam⁹ ad
patrẽ, quẽadmodũ ſcribit B. Paulus ad Timotheũ I. Timo. 2.
Vnus eſt (inquit) mediator dei & hoĩm, hõ Chr̃s Ieſus, p quẽ
itidẽ tãq̃ põtificẽ noſtrũ, p̃ces nr̃æ offerãt deo, & acceptabiles
fiãt. Vñ ſctã ecclia i cuiuſq; ſuaꝝ orationũ fine ſubnectit. Per
Chr̃m dñm noſtrũ, aut cõſimilis ſniæ particulã, petẽs, p illum
ſupplicatiões nr̃as deo patri acceptas haberi & gratas. Quin-
imo & ipſe ſolus, eſt mediator, & ſufficiẽs ad intercedendum
pro nobis, ad uota etiã nr̃a deo offerẽda, deniq; ad impetrãdũ

 ab eo

ab eo quicqd petierimus, q etiã diſcipulis ſuis pollicitus eſt. Si
Iohan. 16 qd petieritis patrẽ meũ in noĩe meo, dabit uobis. qui identidẽ
Matt. 11. tã benigniter nos oẽs ad ſe inuitat, dicẽs. Venite ad me oẽs q
Act. 4 laboratis & onerati eſtis, & ego reficiã uos. Ad hunc igiť unũ
mediatorẽ, confugiendũ eſt, qm̃ ut inquit Petrus in actis apo
ſtolicis, non eſt in aliquo alio ſalus, neq; em̃ aliud eſt nomen
ſub cœlo datum hoĩbus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Ad
meritũ etiã & uirtutẽ ſacratiſſimæ paſſionis Chriſti recurren
dũ eſt, qua totus mundus factus eſt ſaluus, & nõ ad ſanctos ip
ſos, q longe ſunt minoris apud deũ poteſtatis ac gradus, q̃ ſit
ipſe Chriſtus. Minus ſiquidẽ Chriſto cõfidere uidemur, con
ſtituto a deo mediatori, qñ præter ipſum, alios quærimus me
diatores, minoriſq; cenſemur eũ æſtimare q̃ ſanctos, ad q̃s eo
prætermiſſo ac neglecto cõuertimur, q̃d in eius plane uergit
11 inhonorationẽ. ¶ Cæterũ huic occurrẽdũ eſt cauillationi, &
ingenue fatẽdũ Chr̃m quidẽ eſſe primũ & ſummũ mediatorẽ
noſtrũ, ac aduocatũ apud patrẽ, ad quẽ hauddubie primo eſt
refugiẽdũ, & ipſum etiã, ſolũ eſſe mediatorẽ eſt admittendũ,
quãtũ ad cõmunionẽ neturæ cũ ĳs inter q̃s mediator eſt, cũ
deo ſcilicet & hoĩbus, ſolus em̃ ipſe, uere deus eſt & hõ. Solus
etiã mediator noſter eſt Chrũs, quantũ ad redẽptionis opus,
pro nobis ſaluãdis expletũ, ꝙ ſui ipſius oblatione in cruce, pa
trẽ cœleſtẽ mundo ſolus reddidit placatũ. Non tñ tribuendũ
eſt, ipſum ſolũ eſſe mediatorẽ, quantũ ad ſupplicandi pro no-
bis munus ac officiũ, qñquidẽ ſub eo & cũ eo, id muneris etiã
ſancti obeunt atq; exequunť, tanq̃ ſecundi (ut ita dixerim) me
diatores. Non quidẽ ex primi mediatoris inſufficientia, in eã
aſciti prouinciã patrocinãdi pro nobis, ſed ex benigna ipſius
cõmunicatione, q pro ſua incredibili humanitate uoluit & a-
lios eẽ ſecũ mediatores, & coopatores ad ſalutẽ hoĩm, ut mul-
tiplicatis interceſſoribus, magis exaudibilis fiat orõ nr̃a, & fa-
cilior poſtulatorũ impetratio. Perinde atq; in terreni regni cu
ria, filius regis plurimũ apud patrẽ p̃t, ut impetret alĳs mune
ra. Nihiloſecius & proceres regni, poſt filiũ regis etiã multũ
hñt authoritatis, ut alĳs apud regẽ ſint p̃ſidio, necnõ & ip̃a re-
gis mr̃, cui iuſta poſtulãti, nihil denegabiť unq̃. Sed nõne ſum

mi re-

mi regis nr̄i & dei mr̄, eſt ſacratiſſima uirgo Maria, regina cę-
loꝝ & dn̄a angeloꝝ: q̄ in ſublimi cœleſtis gloriæ throno, ſuo
filio aſſidet proxima, & ab eo impetrat q̄cūq; petierit. In cuiꝰ 3 Reg. 2.
rei typū ac figurā, ſcriptū eſt de Bethſabee mr̄e Salomonis, cū
acceſſit eū, qppiā ab ipſo petitura, ꝙ poſitus eſt thronus matri
regis, q̄ ſedit ad dexterā eius. Et dixit ei Salomon. Pete mater
mea, neq; eīm fas eſt, ut auertā faciē meā. Quis ergo dubitaue-
rit, eā appellare noſtrā mediatricē apud deū: q̄ nomenclatura
illā B. Bernardus freq̄ēter nūcupat, in ſuis ſermonibꝰ ac ope-
ribus, ut cū in quodā ſermone ait de ea. Reuolue diligētiꝰ euā- Bernardus.
gelicæ hiſtoriæ ſeriē uniuerſam, & ſi qd forte increpatorium
ſi qd durū, ſi q̄d deniq; ſignū uel tenuis indignatiōis occurrit
in Maria de cætero ſuſpectā eā habeas, & accedere uerearis.
Q; ſi (ut uere ſunt) plena magis oīa pietatis & gr̄æ, plena mā-
ſuetudinis & miſc̄diæ, q̄ ad eā ptinent inueneris, age gr̄as ei q
talē tibi mediatricē benigna miſeratiōe ꝓuidit, ī q̄ nihil poſſit
eē ſuſpectū. Hæc Bernar. Sic & cæteri ſancti, cœleſtis glorię
participes, nr̄i ſunt (nō quidē excluſo Chr̄o, ſed poſt eū, & ſa-
croſanctā eius matrē) mediatores apud deū. Neq; prætermiſ-
ſo aut neglecto Chr̄o, ſed eo pariter, imo p̄cipue inuocato, o-
randi ſunt & ſancti. ¶ Itaq; ut paucis rei ſumma pſtringat, bi- III
fariā Chr̄ūs, noſter ē mediator, utpote mediator redēptionis,
& interceſſionis. Prior quidē mediatio, aliꝭs incōmunicabilis
eſt, & ei uni cōuenit, q tradidit ſemetipſum in redēptionē pro
nobis. Poſterior uero mediatio, illi etiā cōueniens (nā aduoca-
tus eſt noſter apud patrē, & interpellat pro nobis, ut in primo
libro abunde iā dictū eſt) aliꝭs eſt cōmunicabilis, & eā benigni- Cap. iii
ter cōmunicat mēbris ſuis, utputa ſanctis iā in cœleſti palatio
glorioſis, qui ex hmōi beneuola cōmunicatione ſui capitis, eti-
am ſunt pro nobis apud deū mediatores interceſſiōis. Ex quo
protinus euadit manifeſtū, Chr̄m longe potiore ac ſublimio-
re rōne noſtrū eſſe mediatorē, q̄ ſint ſancti. q̄n quidē duplici
modo noſter eſt mediator, redēptionis inquā & interceſſio-
nis. Sācti uero, una dumtaxat ratione, noſtri ſunt mediatores,
ſcilicet interceſſionis. Verū ex eo ꝙ ſancti inferiorem habent
mediationis ad nos ſortem ac gradum quam Chriſtus, pariter

& minorē,

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& minorẽ nemo recte collegerit, eoſdẽ nullam ad nos habere
mediationis rõnẽ, neq; eos ullo pacto nr̃os eſſe mediatores. Si
cut & pperã cõficere quiſpiã anniteret̃ & aſtruere, nullã eẽ ar
gẽti pciositatẽ aut dignitatẽ, qa eã lõge minorẽ habeat q̃ aurũ
aut nullũ eſſe lunæ ſtellarũ ve ſplendorẽ, qꝫ multo ſit is inferi-
or, q̃ rutilus ſolis fulgor. Eodẽ q̃q; pacto ſentiẽdũ pene eſt de
fiducia, in Chr̃o, & ſctis, a nobis hñda. Siqdẽ in Chr̃o collo-
cãda nobis eſt fiducia ſaluatiõis ab ipſo obtinẽdæ, ſimul & in-
terceſſionis, qꝫ & nr̃ ſit ſaluator, & depcator apud deũ patrem
In ſctis uero, unica eſt a nobis cõſtituenda fiducia, utpote in-
terceſſionis, ad deũ pro nr̃a ſalute porrigẽdæ, nõ eñ æternam
ſalutẽ, ab eis ut authoribus, ſperare liceat. Maior itaq; (nã ge-
mina) in Chr̃o, nobis eſt cõfidẽtia reponenda, poſt quẽ, & in
IIII ſctis quẽpiã cõfidere, nullus recte dãnauerit. ¶ Quocirca nõ ẽ
improbãda illa fideliũ deuotio, q̃ ad uarios ſctõs pro diuerſis
ſubleuãdis defectib⁹ aut corpis aut animi, recurrũt, nũc qdem
ad hũc pro uno ſuſtollẽdo morbo, nũc ad illũ pro alio morbo
dimouẽdo, nũc ad maiorẽ pro hoc grãe dono, nũc ad minorẽ
pro alio munere ſpũali ĩpetrãdo. Nẽpe in ipſa letania, ſuppli-
cationeq; ſctõꝝ inuocatoria, nõ unius tm̃ gradus aut dignita-
tis recẽſent̃ ſancti, ſed diuerſæ cõditionis ac q̃litatis, ut inde ſu
mamus argumẽtum, rõnabili q̃dã uarietate ac multiformitate
ſctõs eẽ a deo ſapiẽtiſſime diſtinctos, eorũq; cultũ, in ordina-
tiſſima illa diſcretiõe ac diuerſitate eẽ ſeruãdũ, ut nõ negligãt
inferioris ordinis ſancti, ppter reuerẽtiã ſolis maioribus exhi
bẽdã. Nẽpe ut in huius libri octauo cap. iã dictũ eſt, deus pro
ſua admirabili ſapiẽtia, ſctis ipſis diuerſis cõtulit diuerſa priui
legia, aut pſtãdæ ſanitatis cõtra uaria morboꝝ gñ̃a, aut ĩpetrã
dæ grãe peculiaris cõtra mõſtra uitioꝝ multiformia, q̃ eluceat
in illis admirãda dei ſapiẽtia, multipliciter diſtribuẽtis ſua mu-
nera amicis, pro q̃litate ac dignitate ipoꝝ, cõſpiciat̃q; ipa ſctõ
rũ fœliciſſima ſocietas, diuinoꝝ pro hoĩbus ſubleuãdis dono
rũ circũamicta uarietatibus. Et quẽadmodũ cũ in terris adhuc
uiuerẽt ſcti dei hoĩes, p diuerſos uaria miraculoꝝ gñ̃a opatus
eſt dñs, p hos qdẽ, immũdoꝝ ſpirituũ expulſionẽ, p illos, cęco
rũ illuminationẽ, p alios ṽo, mortuoꝝ ſuſcitationẽ frequẽti⁹,
quam

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

q̃ alia miracula, aut eminẽtius q̃ ꝑ cæteros. Ita ꝑ ipſos iã cœle
ſtis regni cõſortes, diuerſa mortalibꝰ ĩpartit ſanitatũ aut graꝝ
bñficia. Vt ꝑ hũc ſctm̃, peſtiferæ luis tollit cõtagia, ꝑ illũ ut
oratorẽ & deprecatorẽ, æſtũ febrilẽ depellit, ꝑ aliũ ꝟo, ignis
ſacri reſtinguit incẽdia. Ita q̃z ꝑ hũc ſctm̃ a nobis inuocatũ, ca
ſtitatis largit̃ grãm. ꝑ illũ, mãſuetudinis. ꝑ aliũ ꝟo, patiẽtię, &
ita de cęteris, prout qſq; ſctõꝝ, hac aut illa uirtute (cũ hic deſu
daret ĩ agone) excellẽtiꝰ ĩclaruit, atq; ſe ĩpẽſius exercuit. Cũ ita
q; ꝑ hos ſctõs tã q̃ riuos, exuberãtiſſimꝰ diuiæ bonitatis fõs, di
ſtribuẽs unicuiq; ꝓut uult, & ꝑ q̃s uult, nob̃ ſuoꝝ donoꝝ fluẽ
ta ĩpartire cõſtituerit, haud ab re ſctõs ĩpos tã q̃ ꝓnos ac me-
diatores nob̃ aſciſcimꝰ ꝑ q̃s diuinoꝝ mũeꝝ ꝑticipes efficiamur

¶ Locos ſctẽ ſcripturę, nõ incõcinne pleꝝq; applicari laudi-
bus ſctõꝝ in alio ſenſu, q̃ in q̃ primũ ſunt cõſcripti. Cap. XII

DVodecimo, nos hoc telo ĩpetũt aduerſarij. In ſctõ- I
rũ ꝑconijs & laudibꝰ decãtant̃ ex inſtitutiõe eccl'ia-
ſtica interdũ nõnulla, ex ſacris l'ris deprõpta, ĩ alio
prorſus ſenſu, q̃ in q̃ illa primũ ſunt prolata. Exem
pli grã. Sacratiſſimæ dei mr̃i accõmodat̃ id ex cãticis cãticorũ Cant. 4
eulogiũ. Tota pulchra es amica mea, & macula nõ eſt in te, q̃d
de ipſa eccl'ia Chr̃i ſpõſa, ad literã eſt intelligendũ, ſicut & illd̃
dictũ in Apocalypſi. Mulier amicta ſole, & luna ſub pedibus
eius, & in capite eius corona ſtellaꝝ duodecim, de ipſa eccl'ia Apoca. 12
ꝓſertim intelligit̃, & tñ a B. Bernardo ĩ q̃dã ſermõe de btã uir
gine, ipſi ſacræ uirgini Marię accõmodat̃. Rurſum illud libri
Sapiẽtiæ uerbũ. Cãdor eſt em̃ lucis æternæ, & ſpeculum ſine
macula dei maieſtatis, de æterna ſapiẽtia (q̃ dei filiꝰ eſt) intelli Sapien. 7
gi primũ debet, ſicut & illud in Eccl'iaſtico. Ab initio & añ ſe
cula creata ſum, & uſq; ad futuꝝ ſcl'm nõ deſinã. & tñ utrũq; Eccle. 24
legit̃ atq; cõcinit̃ in laudẽ glorioſæ uirginis, in uſu eccl'iaſtico
Pręterea, ex pſalterio cõplura accõmodant̃ ſctis cuiuſq; gñis,
in horis canonicis & miſſæ officio, q̃ de ſolo Chr̃o primũ ſunt
deprõpta, ac intelligẽda. Et in epl'is, ex more eccl'iaſtico in ce-
lebratione miſſarũ, q̃ de ſctis fiunt, legi ſolitis, ꝑmulta de pr̃i-
bus ueteris teſtamẽti dicta, applicant̃ ad ſctõs legis euãgelicæ
ꝑter ipſius primi authoris ſniam. Iſtud aũt (inquiũt) magnã in

ducit cõfuſionẽ eccl'ię dei, cũ hoc mõ ſcriptura pro hũano ar-
bitrio torquet ad alienũ ſenſum, & laudib⁹ min⁹ accõmodis at
q; incõſentaneis ſctõꝝ gradui, a nobis ipſi ꝑdicant ac celebrãt
q̃d in eoꝝ potius ignominiã, q̃ honorẽ deuergit. Nõ igit cõ-
II mẽdãda eſt, hmõi ſctõꝝ laudatio. ¶ Verum illis rñdendũ eſt,
nõ id uitio dari debere, ꝙ aliqua ſacræ ſcripturæ ſnĩa applicet
alicui, de q̃ tñ primũ nõ eſt deprompta, propter aliquã habi-
tudinẽ & cõformitatẽ illius, ad id de q̃ primũ illa eſt cõſcrip-
ta. Queadmodũ magnã cõcinnitatẽ atq; cõuenientiam habet
ſanctiſſima Chriſti mater, ad eccleſiã Chriſti ſponſam. Nã ip-
ſa, mater eſt eccleſiæ fideliſq; populi, ſecundũ ſpm̃, ſicut prior
Eua, omniũ uiuentiũ eſt mater, ſecundũ carnẽ. Cũ eñ mater
ſit ſaluatoris, & uiuificatoris oim̃, cur (oro) mater nõ erit oim̃
qui ſaluati ſunt & uiuificati per eũ? Non inconcinne igit nec
inepte, quæ de ſancta dicũtur eccleſia in ſacris literis, attribu-
unt ob hoc reſpõſum, & ſacratiſſimæ uirgini Mariæ. Præte-
rea, mirã habet cõformitatẽ atq; cõſonãtiã eadẽ ſancta dei ge-
I. Corin. I nitrix, cũ æterna ſapiẽtia. Nẽpe ipſa eſt uera filij dei mr̃, q uir-
tus eſt & ſapiẽtia pr̃is, eandẽ naturæ idẽtitatẽ cũ ipſo, q̃tenus
hõ ẽ, ſortita. Quis igit indignũ & abſurdũ iudicauerit, ob hãc
cõſubſtantialitatẽ matris cũ filio, ea q̃ de æterna dei ſapientia
primũ dicunt, ſecũdo loco & cõſequio quodã, de ſacroſancta
dei matre prædicari? Sicut eñ clara matrum ſtemmata trãſ-
eunt in filios, eadẽq; denominatione q̃ parentẽ, etiã ipſos illu-
ſtres reddũt, haud ſecus & inſignes filioꝝ tituli, matrẽ q̃q; de-
III corare ſolẽt. ¶ Rurſum, ut author eſt B. Auguſtinus in tertio
Auguſtinus libro de doctrina Chrãna, ubi ſeptẽ regulas Ticonij ad aperiẽ-
Ticonius da ſacraꝝ lraꝝ ſenſa admodũ cõducibiles, latius explicat, ſecũ-
dũ primã eiuſdẽ regulã (q̃ de Chro capite eſt & eius corpore)
in ipſo ſcripturæ cõtextu interdũ a capite tranſit ad corp⁹, &
interdũ e diuerſo a corpore Chri ad eius caput, & id quidẽ, ꝓ-
pter nexũ atq; cõformitatẽ & cõherẽtiã corporis ad ſuũ caput.
Apte igit et cõgruẽter propter eãdẽ cauſam, q̃ in diuinis pſal-
mis primũ de Chriſto capite, dicunt, ut pſalmo primo, ſecun-
do, tertio, q̃rto, octauo, decimo, decimoquinto, uiceſimo, ui-
ceſimotertio, & alijs ꝑmultis, ſecũdo q̃z loco de ſanctis, q ſunt

membra

membra corporis Chr̃i, decãtant. Demũ inter noui teſtamen
ti patres & ueteris, magna eſt cognatio affinitaſq; uirtutũ, q̃ſ=
dẽq; bonorꝝ operꝝ gñibus enituiſſe legunt pleriq; antiqui, ue
ri dei cultores, & q ſub lege euãgelica inſigni uitæ ſanctimo=
nia reſplenduerũt. Ob hãc igit uirtutũ germanitatẽ, aut offi=
cij dignitatiſq; in dei miniſterio idẽtitatẽ, qs iure ĩprobauerit
ea q̃ in libro Eccľiaſtici de Abrahã, Ioſeph. Moſe, Aarõ, Da
uid & reliqs p̃clatis illius tp̃is uiris, p̃conia deſcripta ſunt, ac=
cõmodari ad illuſtres ſanctitate uiros noue legis, aut põtifica=
li authoritate, aut ſingulari aliq̃ uirtute cũ priſcis illis pr̃ib⁹ cõ=
ſpirantes? Nulli certe recta rõne nitẽti, abſurda, uideri debet,
aut inepta, hęc laudis priſcorꝝ ad recẽtiores applicatio atq; tra
ductio. ¶ Sed hic rurſum inſurgũt nr̃i colluctatores, occaſio= IIII.
nẽ cauillãdi nacti, qm̃ librũ Eccľiaſtici mõ noĩatim exp̃ſſim⁹.
Liber (inquiũt) Eccľiaſtici, nõ eſt de canone ſacrorꝝ librorꝝ di
uinæ ſcripturę, ſicut nec liber Sapiẽtię, Iudith, Tobię, & Ma
chabęorꝝ. Illos em̃ qnq; libros, cẽſuerũt oculatiſſimi pr̃es an=
tiqui, ſecernẽdos a catalogo librorꝝ canonicorꝝ ſacræ ſcriptu=
ræ. Ex illis igit pperã ſumunt ea, q̃ in ſc̃torꝝ celebrationẽ con
cinunt in uſu eccľiaſtico, neq; rata haberi debẽt ea teſtimonia
ad quicq̃ cõfirmãdũ, q̃ ex p̃dictis libris deſumunt, quẽadmo=
dũ ex libro Tobię itidẽ & Machabæorꝝ nõnulla adducta ſũt Cap. II.
in priore libro, ad cõprobandũ q̃d inibi proponebat, q̃ qdẽ cõ
probatio, idcirco inualida & infirma uideri poſſit. ¶ His ita ſa
tiſfaciẽdũ eſt, qnq; libros añ dictos nõ eſſe quidẽ de canone a= V
pud Iudæos. ſed apud Chr̃ianos, ipſos eſſe canonicos, quantũ
ad ſalutarẽ morũ doctrinã in eis contentã, & teſtimonia pro
pietate fidei ac religionis ex eis apud Chriſti cultores & inter
illos ſumenda, licet cõtra hoſtes fidei Chriſtianæ & cõculca=
tores ut Iudæos, nõ eſſent ualida nec firma ex eis libris ſump=
ta teſtimonia. Q̃d plane ex B. Auguſtini ſñia colligit, ita dicẽ
tis in decimooctauo libro de ciuitate dei, capite triceſimoq̃rto Auguſtinus
Ab hoc tp̃e apud Iudæos reſtituto tẽplo, nõ reges ſed princi
pes fuerũt, uſq; ad Ariſtobolũ, quorꝝ ſupputatio temporum,
non in ſcripturis ſanctis, quæ canonicæ appellantur, ſed in
alijs inuenitur. In quibus ſunt & Machabæorꝝ libri, quos nõ

Iudęi, ſed eccl'ia pro canonicis habet, propter q̃rundã martyꝝ
paſſiones uehemẽtes atq; mirabiles, q anteq̃ Chr̃us ueniſſet in
carnẽ, uſq; ad mortẽ pro dei lege certauerũt, & mala grauiſſi-
ma atq; horribilia ptulerũt. Hæc ibi. Sed quẽadmodũ libros
Machabęoꝝ eccl'ia ſctã pro canonicis habet, ut hic ſentit Au
guſtinus, eodẽ prorſus mõ & ob cõſimilẽ rationẽ, cæteros q̃-
Sapien. 2 tuor habet ut canonicos, ꝙ p̃ter p̃clara morũ documẽta'ac p̃-
Eccle. 24 cepta, in libro Sapiẽtiæ aptũ cõtineat oraculũ de pſecutiõe, ab
impñs Chr̃o illata. In eccl'iaſtico ỹo, ſublimia æternæ dei ſapi
entiæ p̃conia. In cæteris aũt duobus, ſacra texit hiſtoria, mira
bilẽ dei benignitatẽ ad ſuos cultores a malis eruẽdos ediſſerẽs
VI. ¶ Cæteꝝ audiamus & hoc loco ex btõ Aug. q̃tũ authorita-
tis deferẽdũ eſt duobus libris mõ dictis, Sapiẽtię & eccl'iaſtico
De libro qdẽ ſapiẽtiæ, ſingulatim ita loquit' ipſe, in primo li-
Auguſtinus bro de p̃deſtinatione ſctõꝝ cap. 13. Quæ cũ ita ſint, nõ debuit
repudiari ſnia libri Sapiẽtiæ, q meruit in eccl'ia Chr̃i, de gra-
du electorũ eccl'iæ Chr̃i tã lõga annoſitate recitari, & ab oib'
chr̃ianis, ab ep̃is uſq; ad extremos laicos fideles, pœnitẽtes, ca
Idem techuminos, cũ ueneratiõe diuinæ authoritatis audiri. De am
bobus ãt illis ſimul, idẽ in ſecũdo libro de doctrina chr̃iana ſic
ait. Illi duo libri, unus q Sapiẽtia, & alius q Eccl'iaſticus inſcri
bit', qm̃ in authotitatẽ recipi meruerũt, inter propheticos nu
Idem. merãdi ſunt. Rurſum de ñſdẽ duob' libris, idẽ btũs pr̃ in. 17.
libro de ciuitate dei cap. 20. ita inqt. Alñ ỹo duo, q̃ꝝ unus Sa-
piẽtia, alter ỹo Eccl'iaſticus dr̃, propter eloquñ nõnullã ſilitu-
dinẽ, ut Salomonis dicãt', obtinuit cõſuetudo. Nõ aũt eſſe ip-
ſius, nõ dubitãt doctiores, eos tñ in authoritatẽ, maxĩe occidẽ
talis antiqtus recepit eccl'ia. Quoꝝ in uno, q appellat' Sapiẽtia
Salomonis, paſſio Chr̃i aptiſſime prophetat'. Impñ qppe inter
Sapien. 2 fectores eius cõmemorãt', dicẽtes. Circũueniam' iuſtũ, qm̃ in
ſuauis eſt nob, & cõtrari' eſt opib' nr̃is, & ĩproperat nob pctã
legis, & infamat ĩ nos pctã diſciplinę nr̃ę. Promit ſciẽtiã dei ſe
habere, & filiũ dei ſe noĩat. Et reliq; ibi cõſequẽtia. In Eccl'ia-
Eccle. 26 ſtico aũt, fides gẽtiũ futura p̃dicit', iſto mõ. Miſerere nr̃i dñа-
tor deus oĩm, & ĩmitte timorẽ tuũ ſup oẽs gẽtes, extolle ma-
nũ tuã ſup gẽtes alienas, & uideãt potentiã tuã. Vt ſicut corã

illis ſan-

illis ſanctificatus es in nobis, ita corã nobis magnificeris in illis
& agnoſcãt te, ſcdm ꝙ & nos agnouimus te, qa nõ eſt deus p̄
ter te dñe. Hãc ſub optãdi & precãdi ſpecie ꝓphetiã, p Ieſum
Chr̃m uidem⁹ ipletã. Sed aduerſus cõtradictores, nõ tãta au-
thoritate proferunt q̃ ſcripta nõ ſunt in canone Iudęoꝝ. Hęc
Augu. ibidẽ. ¶ Porro q̃uis etiã p̄dicti qnq; libri admitterent VII.
nõ eẽ de canone ſacroꝝ libroꝝ ſcripturæ ſanctæ, ex hoc tñ nõ
recte cõficias, ipſos legi nõ poſſe, aut deſumi ex illis aliq̃, q̃ in
officio eccl'iaſtico recitent in laudẽ ſctõꝝ. Nẽpe in horis ca-
nonicis, ſacrificijq; ſctiſſimæ euchariſtiæ oblatione, multa ex
inſtitutione eccl'iæ, probe legunt ac decãtant, q̃ ex libris cano
nicis ſacrę ſcripturę nõ ſunt deſumpta, ut homilię euãgelioꝝ
ac hiſtoriæ de uita ac morib⁹ ſctõꝝ, q̃ nequaq̃ ad eã accedunt
dignitatẽ, neq; tñ hñt authoritatis robur, ſicut ea q̃ p̄dicti qn
q; libri cõplectunt. Qui qm̃ ex generali eccl'iæ cõſtitutiõe ap
probati ſunt, ut quotãnis legãtur in officio eccl'iaſtico, nõ eſt
cur amplius qs hæſitet, ex ipſis & ea depromi legitime poſſe,
q̃ in ſanctorũ cõmendationẽ pie ac religioſe cõcinãtur.

¶ Id p̄conij, digne & uere, Chriſtiferæ uirgini attribui ab ec
cleſia catholica, ꝙ Chr̃m meruerit portare. Cap. XIII.

RVrſum & hoc ſpiculũ, decimotertio loco in nos I
eiaculãt aduerſarij. In ſacrę uirginis & ſctõꝝ laudi
bus, ab eccl'ia lõgo uſu receptis, pleraq; cõperiũtur
cõcini, q̃ a ueritate & pio religionis cultu uidẽt ali-
ena. Exẽpli gr̃a, in illa celebratiſſima eccl'ię laude, ad ſacroſan
ctã dei matrẽ tpe paſchali decãtari ſolita. Regina cœli lætare,
qa quẽ meruiſti portare, reſurrexit ſicut dixit, ora pro nob deũ
aſtruit ſcda eius ꝑticula, beatã dei matrẽ meruiſſe, ꝙ uirginali
ſuo utero Chr̃m geſtauerit. Illud aũt nequaq̃ ỽitati (inquiũt)
cohæret; qm̃ diuina tm̃ electiõe, ſupbenignoq; ſupnæ boni-
tatis indultu, id cõſecuta eſt deo ſacrata uirgo, ꝙ mr̃ dei ſit ef-
fecta, & nõ ex aliq̃ ſuo peculiari merito. Nullũ em̃ (ut aiũt) ẽ
hoĩs erga deũ meritũ, ſed ſolũ debitũ, dei ỽo ad hominẽ nullũ
eſt debitũ, ſed ſola gr̃a & gratuita bonitatis. Imo meriti nomẽ
tanq̃ ſupbũ, collatiõe nr̃i ad deũ facta, prorſus ẽ (ut ſentiũt) ab
ore chr̃iano reijciẽdũ. Nõ igit hoc pacto, rite honorãt ſancti,

qñqdẽ

qn̄quidē falſis p̄dicari nolūt laudib⁹, nec ſublimioribus q̄ par
II ſit, titulis celebrari. ¶ Sed huic obiectioni reddenda eſt r̄ſio,
ſummopere id cuiq̄ obſeruādū eſſe, q̄ in orōnibus ac laudib⁹
admittēdis, q̄s ad digniſſimā dei matrē aut ſctōs, religioſa ma-
ioꝝ deuotio olim cōpoſuit, & diuturnus recepit uſus, nō ſe p̄-
ſtet moroſum ac difficilē, aut ſuo ſenſu nixus, qppiā in eis di-
ctū, temere ac leuiter carpat, aut arrogāter īmutet in aliū cōte
xtū, quē ſibi cōfinget accōmodiorē. Sed ſuū intellectū capti-
uans ī obſequiū Chr̄i, antiq̄tatiq; deferēs & receptiſſimo uſui
benigna interp̄tatione, illud ut uulgo legit̄ exponere, aptūq;
illi accōmodare ſenſum elaboret, a pietate fidei et ỽitate nō ab
horrētē. Si qs em̄ ſuo magis q̄ alieno credēs ſenſui, cōtra bea-
Bernardus ti Bernardi ſalutarē doctrinā, prudēſq; in oculis ſuis & apd̄ ſe
Eſaiæ. 6. metip̄m ſapiēs, ſtuduerit aut īprobare q̄ de ſctis tota canit ec-
cleſia, aut inſolēter p̄mutare, inducet ingētē pplo Chr̄iano tur
bationē, & nouitatē ſeditioſam ac factioſam inuehet, ſacræq;
III. noxiā religioni. ¶ Qd̄ in propoſito paulo an̄ exēplo, p̄ticula-
tim eſt patefaciēdū. In q̄, uerbū mereri, ſi dicat̄ tātundē ualere
atq; dignū eē, oīs iā cadit & tollit̄ cōtrouerſia. Siqdē ea ſignifi
catio, nō eſt huic uerbo mereri, aliena aut diſcōueniēs, qn̄qui-
dē in hūanis honoribus ac dignitatibus exprimēdis, ſępenūe-
ro in eo ſignificatu, illo uerbo utimur, cū dicimus quēpiā me-
ruiſſe magiſtratū aliquē aut pōtificatū, qa propter integritatē
morū ac prudentiā rerū agendaꝝ, eo eſt dignus. Et quis (oro)
pie in deū ac ſacroſanctā uirginē affectus, negauerit eā fuiſſe
dignā, ut in thalamo ſuo uirgineo, dei filiū ſuſciperet? Dignā
quidē, potiſſimū ex largo dei munere ſingulariq; delectu, q p̄-
uenerat illā in bn̄dictionibus dulcedinis, effeceratq; eandē ad
hoc admirabile myſteriū in ipſa p̄ficiendū dignā, ad q̄d an̄ ſe-
cula eā elegerat. Nihiloſecius & ipſa, cādidiſſimæ uirginita-
tis propoſito, etiā in fœdere cōnubiali ſeruato, ſummæ itidem
humilitatis ſtudio atq; exercitio, charitatis p̄terea ardētiſſimæ
feruore, eximiæ etiā māſuetudinis & benignitatis affectu, cę
teriſq; uirtutū officiis & opibus, qbus ab ineunte ætate aſſidue
ſe exercuerat adiutore deo, ſeipſam etiā (q̄tū homini fas ē) red
diderat dignā p exuberātē dei in ſe grām, ut diuino illi myſte-
rio (ad

rio(ad q̃d erat electa, & p̄electa a dño)inueniret idonea, apta,
& cõgrua. Recte igit tã excellẽti & ſingulari uirgini, illud at-
tribuimus p̄coniũ, ꝙ meruerit portare regẽ cœloꝝ & dñm, id
eſt, digna fuerit atq; idonea, ex dei munere primũ, & deinde
ſua ipſius apta diſpõne p bonoꝝ operũ ſtudiũ, ferre caſtis ſuis
uiſcerib⁹ Chr̄m dei filiũ. Quẽadmodũ & de iuſtis d̃t liber Sa- Sapien. 3
piẽtiæ, ꝙ deus tẽtauit eos, & tanq̃ aurũ in fornace probauit il-
los, & iuenit eos dignos ſe. Et in Apoca. de ſctis ipſis deus lo- Apoca. 3
quẽs, cõteſtat. Ambulabũt mecũ i albis, qm̃ digni ſũt. Hmõi
tñ dignitas, tã in ſacra uirgine q̃ in ſctis, deo primũ accepta re-
ferri debet. Cum itaq; ſctã canit eccl'ia de inſigni illa uirgine,
ꝙ meruit portare dei filiũ, nõ iſinuat eo ꝟbo, id eiuſdẽ ꝟginis
ſctitati aut uirtutibus fuiſſe debitũ, ꝙ filij dei mr̄ eẽt, q̃ſi ad id-
ipm illi p̄ſtãdũ de⁹ fuiſſet obſtrict⁹ atq; deuinct⁹, ſed id ſolũ, ꝙ
digna fuerit atq; idonea, eo q ſupra dict⁹ eſt mõ, ſuſcipe in uir-
ginali ſuo utero ueꝝ dei filiũ. q̃d utiq; ueriſſimum eſt ¶ Porro IIII
ſctõꝝ patrũ authoritate neutiq̃ aſpnãda nũc oñdamus, optet,
(ne ſola rõne cãm noſtrã agere uideamur) id loquẽdi gen⁹, an-
tiquiſſimũ eẽ & i eccl'ia receptiſſimũ, ꝙ btã uirgo meruit por-
tare dei filiũ. Et primũ teſtimonio beati Hieroñ. q in epl'a ad
Celantiã matronã ait. Quid apud deũ in uiris, nobilius Petro Hieronymus.
q piſcator & paup fuit? Quid in fœminis, B. Maria illuſtrius
q̃ ſpõſa fabri deſcribit? Sed illi piſcatori & paupi, cœleſtis re- Matt. 16.
gni a Chr̄o credunt claues. Hęc ſpõſa fabri, meruit eſſe mater
illius, a q̊ ipſæ claues datæ ſunt. Accedat illi & btũs Augu. in Auguſtinus
libro de natura & gratia dicẽs. Excepta ſancta uirgine Maria,
de qua propter honorẽ dñi nullã prorſus (cũ de peccatis agit)
habere uolo quęſtionẽ. Inde em̃ ſcimus, ꝙ ei plus grãe colla-
tũ fuerit ad uincẽdũ om̃i ex parte pctm̃, ꝙ cõcipere & parere
meruit eũ, quẽ conſtat nullũ habuiſſe peccatũ. Idẽ quoq; in q̊-
dã ſermone de beata uirgine, ad eã uerba dirigens ait. Sancta
Maria ſuccurre miſeris, iuua puſillanimes, refoue flebiles, ora Idem
pro ppl'o, interueni pro clero, intercede pro deuoto fœmineo
ſexu. Sentiãt oẽs tuũ iuuamẽ, quicũq; celebrãt tuũ nomẽ. Aſ-
ſiſte parata uotis poſcẽtiũ, & repẽde nobis oĩb⁹ ſalutis effectũ
Sit tibi ſtudium, aſſidue orare pro populo dei, quæ meruſti

bñdicta

bn̄dicta proferre ꝑciũ mũdi. Hec Aug. Quid ergo nũc dicēt
tetrici iſti cēſores, aut qd cauſæ habebũt, ad refutãdũ hoc orõ
nis ſchema atq; proloquiũ. Maria uirgo meruit portare Chri
ſtũ dei filiũ, cũ tã celebres uideãt authores, illa ſepius uſos eẽ:
Bernardus Demũ adiũgat illis & btũs pr̃ Bernard⁹ in q̃dã ſermone de ea
dẽ ſacratiſſima uirgine dicẽs. Quenã poterit lingua, etiã ſi an
gelica ſit, dignis extollere laudib⁹ uirginẽ matrẽ, matrẽ aũt nõ
cuiuſcũq;, ſed dei: Que etiã uel angelica puritas uirginitati illi
audeat cõparari, q̃ digna fuit ſpũſſcti ſacrariũ fieri, & habitacu
lũ filij dei: Ecce hic ꝓbibet Bernard⁹ ſacrã ipſam uirginẽ fuiſſe
dignã (q̃d tãtũdẽ ualet, atq; meruiſſe) ut filij dei fieret habita-
IIII culũ. ¶ Qd̄ ṽo de merito deiñ aſſumũt in hac obiectiõe aduer
ſarij, ita diſtinguẽdũ eſt, ꝙ ſi meritũ attẽdat ex ſola hũanoꝶ o-
peꝶ dignitate ac natura, nulla hab ita rõne diuinæ grãæ adiu-
tricis, aut bonitatis ei⁹ imẽſæ, promittẽtis pro bonis opibus ꝑ
mia, nullũ ſane ponẽdũ eſt tale meritũ, q̃d ſcʒ ex ſola opeꝶ no
ſtrorũ q̃litate ac cõditiõe, ſit dei ad reddẽdã nobis mercedẽ ob
ligatoriũ. Nã cũ fecerim⁹ oĩa q̃ ꝑcepta ſunt nobis, adhuc dice
Lucæ. 17 rẽ debem⁹, ſcd̄m ſummæ ṽitatis ſniam, ſerui inutiles ſum⁹, q̃d
Eſaię. 64 debuim⁹ facere, fecim⁹. Et cũ Eſaia ꝓpheta ingenue fateri, ꝙ
oẽs iuſtitiæ nr̃æ, ſunt q̃ſi pãnus mẽſtruatę. Et hoc meritũ (qd̄
uerę animi hũilitati plane repugnat) dãnat B. Paul⁹, cũ ſcribit
Roma. 6 ad Rom̃. Grã dei, uita æterna. Et rurſum ibidẽ. Si ãt grã iã nõ
Roma. 11 ex opib⁹, alioqn grã, iã nõ eſt grã Rurſum ad Ephe. ſcribẽs in
Ephe. 2. qt. Grã eſtis ſaluati ꝑ fidem, non ex uobis. Dei em̃ donũ eſt,
nõ ex opib⁹, ne qs gloriet. Sin ṽo attẽdat meritũ ex diuina ꝓ-
miſſiõe, gratuite & liberalr̃ nob̃ facta, ꝙ cuſtodientes mãdata
dei, ingrediemur æternã requiẽ, & ipſius itidẽ ꝓmittẽtis ṽita
te, queq̃ fallere neſcia, ex adiutricis etiã grãæ dei ad bñ opandũ
ꝑſidio, & demũ ex opeꝶ nr̃oꝶ cõditõe ac q̃litate poſtremo cõ
ſtituẽda loco, qs recte inficiabit eẽ meritũ in hũanis opib⁹ er-
ga deũ, cui ſuũ rñdeat ſcd̄m diuinã ordinationẽ ꝑmiũ in cœlo
a deo repromiſſum: Scriptũ eſt em̃ in. 2. li. Paralipo. Erit mer
2. Paral. 15. ces opib⁹ vr̃is. Et in libro ſapiẽtiæ. Reddet de⁹ mercedẽ labo
Sapien. 10. rũ ſctõꝶ ſuorũ. Rurſum i euãg. Merces vr̃a copioſa ẽ in cœlo
Mat. 5 Et in. 1. ad Corin. eplã. Vnuſqſq; ꝓpriã mercedẽ recipiet, ſe-
1. Corin. 3 cundum

cadũ ſuũ laborẽ. Merces aũt, ſicut & pmiũ, referẽ ad meritũ,
ſiue opus bonũ. Eſt igiẽ tale admittẽdũ meritũ, pcipue pẽdẽs
ex liberalitate gratuita dei promittẽtis, & adiutorio diuię grę
ac demũ ex opis ipſius qlitate, ſcdm quã diſtribuit de' pmium Pſal. 61
iuxta ſniam pphetę in pſalmo. Reddet unicuiq; iuxta opa ſua
¶ Porro cũ meritũ dicaẽ opus bonũ deo gratũ, & acceptũ ad
pmij retributionẽ, ſcdm ſuã promiſſionẽ ac opis qlitatẽ, & ad-
mittãt aduerſarij, a nobis fieri poſſe opa bona, q de' ex bonita
te ſua acceptet ad remunerationẽ, demirãdũ ſane eſt, cur non
etiã tribuãt nos poſſe mereri, aut habere meritũ erga deũ. Et
potius meo iudicio uidenẽ reijcere uocabulũ mereri, & dicti-
onẽ ipſam, q eius rẽ ſubiectã atq; ſignificatũ, qñqdẽ opus bo-
nũ, cui ex diuina ordinatiõe rñdeat pmiũ in cœlo, nõ abnuũt.
Hmõi aũt bonũ opus, idipm eſt qd meritũ. Veruntñ eos iter
rogare libẽter uelim, cur meriti nomẽ ita execranẽ & dãnant,
qd tñ in ſacraꝝ lraꝝ, ſctõꝝq; patrũ diuinã ſcripturã exponen-
tiũ, & totius ecclĩæ frequẽti eſt uſu. Nẽpe ſcribit apl's ad He- Hebræ. 13
breos. Bñficẽtiæ & cõmunionis nolite obliuiſci, talib' em̃ ho Eccle. 16.
ſtijs promereẽ de'. Et Eccl'iaſtic' inqt. Miſcdia faciet unicui-
q; locũ, ſcdm meritũ opeꝝ ſuoꝝ. Btũs itẽ Dionyſius i poſtre- Dionyſius
mo cap. libri, de eccl'iaſtica hierarchia dt. Sin aũt ad ſummã il
lã nõ puenit effigiẽ, ſancte tñ ſe i uita habuit, paria & iſte meri
tis pmia referet Aug. etiã in. 13. lib. de ciuit. dei, ca. 4 ait. Sic Auguſtinus
p ineffabilẽ dei miſcdiã & ipſa pœna uitioꝝ trãſit in arma uir-
tutis, & fit iuſti meritũ, etiã ſuppliciũ pctõris. Tũc em̃ mors ẽ
acqſita peccãdo, nũc ipleẽ iuſtitia moriendo. Et paulo poſt in
eiuſdẽ libri cap. 6. Quicqd tñ illud eſt in moriẽtib' qd cũ gra
ui ſenſu adimit ſenſum, pie fideliterq; tolerando auget meri-
tũ patiẽtia, nõ aufert uocabulũ pœnæ. Quinimo & ſequenti
cap. idẽ, bis meriti nomẽ repetit. Omitto dedita opa Hieroñ.
Ambro. Gregoriũ, Bernardũ, Bedã, & cæteros illuſtres ſcri
ptores, qꝝ libri ſcatẽt hiſce dictionibus, mereri ac meritũ. De
niq; totũ pene officiũ eccl'iaſticũ, ijſdẽ uocabulis eſt reſpſum,
ut qñ deũ ſuppliciter oram', ꝙ dũ ſctõꝝ merita recolim', pa-
trocinia ſentiam', cũ itẽ petim', oĩm ſctõꝝ meritis & interceſ
ſione a malis liberari, & mille alijs in locis. Nõ itaq; exhorrea

 mus neq;

mus neq; aſpnemur id nomẽ, q̃d tantope uidem⁹ ab ipſa anti-
qtate et ritu eccl'iaſtico celebratũ. Et hęc qdẽ de merito, ex oc
caſione & accidentario, in pſentia ſunt adducta. De q̃ ſi qs am
Gabriel. pliorẽ uelit habere determinationẽ, recurrat ad Gabrielẽ in
expõne de canone miſſæ, in lectione quinq̃geſimanona, & ad
Guilhelm⁹ Pariſienſis. Guilhelmũ Pariſienſem, in opuſculo ſuo de meritis, q̃ꝝ uter-
q; ualidis rõnibus & ſcripturæ teſtimonijs aſtruit, ponẽdũ eẽ
Richardus de ſctõ Victore. meritũ hoim ad deũ. In eandẽ q̃q; ſniam deſcẽdit eximius pa
ter Richardus de ſancto Victore, in tertio libro ſui operis qui
Beniamin maior inſcribit, de cõtemplatione.

¶ Eandẽ ſacrã uirginẽ, uera itidẽ laude prædicari ab eccl'ia
q; ſit uita, & ſpes noſtra. Cap, XIIII.

INſiſtũt iteꝝ aduerſarij, & decimoq̃rto inſultu hũc
I cauillũ nobis obiectãt. In illa laudatoria ad ſacratã
dei matrẽ ſupplicatiõe, quã frequẽtiſſime decantat
eccl'ia. Salue regina miſcdiæ, uita, dulcedo, & ſpes
nr̃a, ſalue. ipſa beata uirgo appellat uita, & ſpes nr̃a, q̃ tñ nun-
Iohan. 11. cupationes, ſoli deo cõpetũt, tribuendæq; ſunt, cũ Chrũs ue-
Iohan. 14 rus deus & dei filius, dicat de ſeipſo in euangelio. Ego ſum re
ſurrectio & uita. Et rurſum. Ego ſum uia, ueritas & uita. Et ĩ
Pſal. 90. pſalmo cõteſtet propheta. Tu es dñe ſpes mea. Et iteꝝ. Exau
Pſal. 64. di nos deus ſalutaris nr̃, ſpes oĩm finiũ terræ, & in mari longe
Quæ aũt ſoli deo cõueniũt, nefas eſt, alicui creaturæ quãtũcũ
q; excellẽti, gratiaq; & gloria eminẽti, aſcribere. Nã idipſum
eſſet, falſis & ſublimioribus æquo titulis, eã honorare. At hu
iuſmodi laude, nõ delectant nec gaudẽt ſancti. Nõ igit eo, q
II nũc in uſu eccl'iaſtico habet, mõ, honorãdi ſunt ſancti. ¶ Qui
bus ita rñdendũ eſt, nomenclaturas, illas pdictas & denomina
tiones, ſecũdũ rõnem illã qua deo cõueniũt, nõ eſſe quidẽ alte
ri cuiq̃ a deo aſciſcẽdas, utpote ſecũdũ rõnem abſolutã & pri
mariã, iuxta quã, deus ipſe ſolus dicit uita, qm̃ eſt fons uitę, &
abſolute uita, qnimo immẽſum uitæ pelagus, a q̃ in oĩa uiuen-
tia, cũ corporis tũ ſpũs uita, multiformi participatione proflu
Dionyſius it, quẽadmodũ dicit B. Dionyſius in libro de diuinis nomini-
bus, cap ſexto, his uerbis. Nunc uero celebrãda eſt laudibus
uita æterna, ex q̃, ipſa uita & uita omnis eſt, & a q̃, in oĩa, quæ
uitam

uitã q̃modolibet hauriũt, uiuere, pro modo cuiusq; diffundit. Et ita de cæteris, q̃ in toto illo capite diuine proſequit, ſubnectens circa calcẽ. Nã uita illa ſuprema & principalis, & uitæ omnis eſt author, & fœcũdat & replet & diuidit uitã, & omni ex uita p̃dicãda eſt, pro oĩm fœcũditate uitaꝝ, ut omnigena, oisq; uita, intelligẽtia, cõphẽſa, laudataq;, ut nullius agẽs, imo uitæ affatim plena, p ſe uiuẽs, & ut ſupra oẽm uitã, ut uitã uiuificãs, uitaq; ſupior. Hęc ibi. Ipſe itidẽ deus ſol⁹, eſt p̃cipua ſpes & fiducia nr̃a, cui primũ adhęrere, & ad quẽ potiſſimũ recurrere debem⁹, ſcd̃m illud prophetę uerbũ, in pſalmo. Mihi ãt adhęrere deo bonũ eſt, ponere in dño deo ſpem meã. Cui cõſonat Hieremias, dicẽs. Maledictus hõ, q cõfidit in hoĩe, & q ponit carnẽ brachiũ ſuũ. ¶ Nihilomin⁹ eædẽ nuncupationes pñt ſcd̃m inferiorẽ quãdã rõnem, & ſecũdariã denominationẽ, recte ac pie creaturis aſcribi, qm̃ ſecũdũ deũ & poſt diuinã bonitatẽ, illa ſecũdo loco, cõtracte, & p quãdã participationẽ eis cõueniũt. Vt ſacroſctã uirgo Maria, uere dr̃ uita nr̃a, qm̃ poſt deũ, per eã fructũ uitæ pcipimus, quẽ ipſa, imo per eã deus nobis cõmunicauit. Queadmodũ, in eius p̃coniũ ſctã cõcinit eccl̃ia, hac ſacra laudatione. Per te dei genitrix, nobis eſt pdita uita, data, q̃ de cœlo ſuſcepiſti prolẽ, & mũdo genuiſti ſaluatorẽ. Et hac rurſuʒ cõfeſſione laudis. Bñdicta filia tu a dño, qa p te, fructũ uitæ cõmunicauim⁹. Quę em̃ uerã uitã nobis protulit, cur nõ dicet etiã uita, propter uitalis muneris ab ea in nos ſupbenignã deriuationẽ? Sic & ſpes nr̃a dicit eadẽ ſanctiſſima uirgo, nõ qdẽ primaria ut deus, ſed poſt deum ſecũdaria, & inferiore q̃dã gradu, ut in ea cõfidẽtiã noſtrã pximè poſt deũ collocemus, ad eãq; habeamus cõfugiũ, cũ infenſum ſentimus ob ſcelera nr̃a, nobis deũ, pinde atq; filij extimeſcentes id dignabundum patrem, quem grauiter offenderunt, trepidi ad matrẽ ſuã cõfugiunt,, ſupplicesq; rogant eã, ut iratũ placare uelit eis patrẽ. Sic ſane ad matrẽ noſtrã ſpiritualẽ atq; cœleſtẽ, materna in nos uiſcera miro q̃dã affectu gerẽtẽ, benigniſſimã uirginẽ, habere debem⁹ refugiũ, in eadẽq; ſpem noſtrã proximo poſt deũ loco reponere, cũ deũ ad iracũdiã prouocauimus, peccatiſq; nr̃is cõcitauimus ad inferendã

Pſal. 72.

Hiere. 17

III.

punitionẽ, ut ipſa deũ nobis infenſum recõciliare uelit. Et ſe-
cũdũ hãc intelligẽtiã, eidẽ ecclia catholica hãc cõcinit laudẽ,
in q̃dã proſa de glorioſa eius aſſumptiõe. Mediatrix nr̃a, q̃ es
poſt deũ ſpes ſola, tuo filio nos repſenta. Sola inq̃ ſpes. i. pci-
IIII pua, ſingularis, & prima, ¶ Sed nũc ſcripturæ teſtimonijs oñ-
damus, ad ampliorẽ factæ obiectionis eneruationẽ, pmulta q̃
in ſacris lr̃is deo primũ attribuunt, p quãdã deriuationẽ & de-
fluxũ, etiã poſteriore q̃dã gradu de creaturis ipſis & angel' &
hoibus (licet homonyme, & ſub diuerſa rõne) dici. De deo q-
I. Timo 6 dẽ, ſcribit B. Paulus ad Timot. Quẽ ſuis tpibus oñdet btũs &
ſolus potẽs, rex regũ & dñs dñantiũ. De ſpiritib⁹ aũt angeli-
Pſal. 102 cis, dr̃ ppheta in pſalmo. Bñdicite dño oẽs angeli ei⁹, potẽtes
uirtute, faciẽtes ṽbũ illi⁹, ad audiẽdã uocẽ ſermonũ ei⁹. Rur-
Lucæ. 18 ſum Chr̃s in euãgelio rñdit adoleſcẽti. Quid me dicis bonũ?
nemo bon⁹, niſi ſolus de⁹. Idẽ tñ, in alio euãgelij loco dr̃. Bo-
Lucæ. 6. nus hõ, de bono theſauro cordis ſui, profert bonũ. Demũ ipſi
filio dei i hymno angelico, hãc laudẽ decãtat tota ecclia. Qm̃
Pſal. 33 tu ſolus ſctũs, tu ſol⁹ dñs, tu ſol⁹ altiſſim⁹ Ieſu Chr̃e. Diuinus
aũt pſaltes, ad ueros dei cultores, hãc dirigit exhortationẽ. Ti-
Leui. 19 mete dñm oẽs ſcti ei⁹, qm̃ nõ eſt inopia timẽtib⁹ eũ. Et dñs ip-
ſe in Leuitico ſepi⁹ nobis inculcat. Sãcti eſtote, qm̃ ego ſctũs
V ſum. ¶ Verũ obiectabit nob fortaſſe q̃ſpiã cauillator, hęc noia
mõ adducta, potẽs, bonus & ſctũs, adiectiua eẽ ac denoiatiua
proinde eadẽ, deo & creaturis facile eẽ, pmiſcua ac coia. Hęc
ṽo noia, uita & ſpes, ſubſtãtiua ſunt, neq; illã cõmunicabilita-
tis deſignãtia rõnẽ, & ideo nõ apte neq; accõmode, ipſa crea-
turis attribui poſſe uident. ¶ Cui adhibẽda eſt rñſio, etiã noia
q̃ uulgo abſtracta dicunt, in ſacris lr̃is & deo abſolute, & alijs
p quãdã pticipationẽ eadẽ aſſignari. Siqdẽ lucis nomẽ, in ſcri-
ptura ſctã, ipſi deo peculiare propemodũ ac ppriũ eſt, cũ di-
cat btũs Iohãnes de æterno dei ṽbo. Erat lux uera, q̃ illumi-
Iohan. I. nat oẽm hominẽ ueniẽtẽ in hũc mũdũ. Et rurſum i prima ſua
I. Iohan. I epl̃a. Deus lux ẽ, & tenebræ i eo nõ ſunt ullę. Btũs itẽ Diony
ſius hãc imẽſam lucẽ primariã q̃ de⁹ eſt, miris cõcelebrat lau-
dib⁹ in q̃rto cap. libri de diuinis noibus, cũ ait. Lux igit intelli
Dionyſius gibilis, dr̃ bonũ illd, oẽm ſuperãs lucẽ, ut principalis radi⁹ &
exuberãs

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

exuberãs effuſio lucis, oēm uel mūdo p̄eminentē, uel circa mū
dū, uel intra mūdū agētē ſpm̄, ex ſua illuſtrãs plenitudine, &
ſpūales ipſoꝝ totas renouãs uires, oēſq; trãſiliens & cōtinens
ꝙ ſupne extēta ſit, & cūctis excellēs, ꝙ ſupemineat, prorſuſ-
ꝗ oēm illuminãtis uirtutis ditionē (ut lucis princeps, oēmq;
ſuperãs lucē) in ſeipſa cōprehēdēs & excellēter hn̄s, ſpūalia at
q; rōnalia oia colligēs, & imortalia faciēs. Et reliq̃, q̄ ſublimit
ac p̄clare ibidē de ſupdiuinæ lucis excellētia proſequit. Attn̄ Mat. 5
lucis denoīatio, etiã a Chro aplīs accōmodat, cū illis dixit in
mōte. Vos eſtis lux mūdi. Lux inquã ſecūdaria, & p quãdam
paticipationē atq; cōtrationē. Deus ỽo, lux primaria & abſo
luta, q̄lis fuiſſe, Iohãnes baptiſta negat, cū ſacrū dt euãgelium Iohan. I.
de eo. Nō erat ille lux, ſed ut teſtimoniū phiberet de lumine. Iohan. 5.
q & alio loco, dr̄ lucerna ardēs & lucēs. Cur igit cōſimili rōne
nō dicet recte de⁹, uita et ſpes nr̄a, abſolute ac primarie? Beata
ỽo dei mr̄, etiã uita & ſpes nr̄a, ſed inferiore gradu, & p quãdã
a deo acceptã uitalis in nos muneris boneq; ſpei cōmunicatio
nē. ¶ Præterea, nomē uitę, ipſi deo peculiariter ī ſcripturis ac VI.
cōmodari, iã ſatis ſupq; eſt hoc in loco mōſtratū. Eadē tn̄ nū-
cupatio, pleriſq; aliȷs a deo reb⁹, in ſacris lr̄is aſcribit, etiã ſacro Eccle. 30
ſctã uirgine lōge ſcdm dignitatē inferiorib⁹. Siqdē apd Eccle Eccle. 31.
ſiaſticū ait Sapiēs. Iocūditas cordis, hęc ē uita hois. Et ibidem
Aequa uita hoīb⁹ uinū in ſobrietate. Apd Iohãnē itidē dicit Iohan. 6
ſumma ỽitas. Verba q̄ locut⁹ ſum uobis, ſpūs & uita ſunt. Et Iohan. 12
rurſū. Scio qa mãdatū ei⁹ (ſc3 pr̄is) uita ęterna ē. Et iteꝝ. Hęc Iohan. 17
aūt eſt uita æterna, ut cognoſcãt te ſolū deū ueꝝ. Deniq; dei-
loquus Paul⁹ ad Rom̄. ſcribēs, inqt. Gr̄a aūt dei, uita æterna. Roma. 6
Et paulo poſt. Prudētia aūt ſpūs, uita & pax. Ex qbus oībus Roma. 8
prōptū eſt uidere, q̄ multis & uariȷs reb⁹ cōditis, infra ſacratiſ
ſimæ dei mr̄is dignitatē multo cōſtitutis interuallo, aſcribatur
uitę nomē, q̄d tn̄ unū habet admodū celebre, iter diuinas nū-
cupatōes. Si igit iocūditas cordis, ſi uinū in ſobrietate ſumptū
ſit, ỽbū dei mūdo annūciatū, ſi deniq; prudētia ſpūs, recte uita
dicūt in ſctã ſcriptura, qdni beatiſſima uirgo, his oībus longe
ſupior ac eminētior, eadē appellatiōe uere denoiabitur? Et qs
nūc nō pſpicit, pleraq; noia abſtractis deſignata uocib⁹, q̄ deo

 ſunt

ſunt ꝓpria, etiã ipſis creaturis (ſcd̃m aliã tñ & inferiorẽ rõnẽ)
VII rite attribuit. Eadẽ q̃q; ſanctiſſima dei mr̃, merito dr̃ a populo
Chr̃iano, regina miſcd̃iæ, dulcedo nr̃a, mr̃ gr̃æ, mr̃ miſcd̃iæ,
porta cœli, & ſimilibus titulis iure honorat, q͛ dei filiũ mũdo
protulit, ꝑ quẽ gratia, ſuauitas & miſericordia nobis eſt exhi-
bita, ꝑ quẽ itidẽ, ianua cœli eſt hoĩbus reſerata, ut in omnibus
his nũcupationibus, filius eius potiſſimũ attendat, a quo ipſa
tã p̃claras denominatiões digne & merito ſortit. Rurſum ex-
cellentes illæ appellationes haud ab re, ſacratiſſimæ attribuũ-
tur uirgini, ob exuberãtiſſimã gratiæ & miſericordiæ elargi-
tionẽ, quã ipſa ſuꝑ oẽs ſctõs impetrat a deo, hũano generi.

¶ Per ſanctoꝝ inuocationẽ rite factã, nõ diminui hoim
in deũ deuotionẽ, ſed potius augeri. Cap. XV

I DEcimoquinto uero loco, his argutiaꝝ telis nos ag-
grediunt, q ſctõs putãt nõ eſſe honorãdos. Per ho-
minũ ad ſctõs inuocãdos ſtudiũ, imminuit eoꝝ in
deũ deuotio, cultus & religio. Nõ em̃ tãta mentis
intẽtione ferunt in deũ, qñ cũ eo etiã ſctõs uenerant, quanta
ferrent, ſi tota uis animi ipſoꝝ ad ſolũ deũ cõuerteret. Remit-
tit ſiquidẽ hũana mens & elangueſcit, qñ ad plura ſimul di-
ſtrahit atq; diſcerpit, ſecũdũ protritã illã ſn̄iam, & oĩquaq; ue-
rã. Pluribus intẽtus, minor eſt ad ſingula ſenſus. Hinc plerũ-
q; uſu uenit, diẽ dñicũ (q ꝑ ſingulas hebdomadas deo ſolẽnis
eſt inſtitutus a chr̃ianis pro ſabbato Iudęoꝝ) minore ſolẽnita-
te celebrari, q̃ diẽ feſtũ cuiusq̃ ſcti, etiã in iferiore ſctõꝝ cho-
ro in cœlis cõſtituti. Imo & deũ ipm uidem⁹ a mľtis pene ne-
gligi, totãq; eoꝝ ſpẽ & fiduciã in ſctis eẽ repoſitã, q̊s ꝓpemo-
dũ pro deo colũt ac honorãt, ab illis itidẽ, opẽ ſanitatis, grãm
& fœlicẽ exitũ ab hac uita, ſibi p̃ſtari petũt, q̃ſi ſctĩ ipſi, talium
II muneꝝ primi eẽnt authores, & nõ de⁹ ipe, a q̊ hęc oĩa p̃cipue
ſunt petẽda. ¶ Quib⁹ ita ſatisfaciẽdũ eſt, ſctõꝝ uenerationẽ,
rite ac debite & queadmodũ ſctã cõſtituit eccľia, factã, nõ mõ
nõ tepidiorẽ reddere hoĩm in deũ deuotionẽ, ſed etiã eãdem
excitare acrius, & amplius promouere, qñquidẽ ſic pluribus
modis colit deus, in ſe ſcȝ, & ſanctis ſuis, q̃ꝝ honoratio (ut ſæ-
pius añ dictũ eſt) ulterius in ipm deũ ſemꝑ eſt referẽda atque
reducẽda

reducēda. Quēadmodū ꝑfectius uidet̄ ſol, qñ in ſuo orbe cō-
ſpicit̄ lucidus, & in ſubiectis corꝑibus aere, aqua, & terra, q̄ ſi
ſola phœbeæ lāpadis in ſuo orbe claritas cerneret̄. Etenim in
mōtibus ipſis & turribus & ſuꝑmo domoꝝ culmine, uidemus
oriētis ſolis elucere fulgorē, anteq̄ ipſius ſphæræ ſolaris intu
emur ſplēdorē in ſuo globo coruſcātē. Et ita a rutilo eiꝰ lumi
ne, in faſtigijs atq; cacumine mōtiū aut turriū, primū apparē-
te, cōuertimur demū ad ipſam ſolis ſubſtātiā coruſco radio ꝑ
micātē, cū terris oſtētare ſe occœperit. Sed nōne ſancti, miro
uirtutū decore ſpectabiles ac cōſpicui, mōtes ſūt ſpūales ac tur
res ſublimes, æditiſſimoq; loco a terris erectæ, in q̄bus ipſius
dei uirtus, bonitas & gr̄a, maiorē in modū rutilat, elucet ac ꝑ
dit? Quid miꝝ igit̄, ſi ad eorū cōuertimur patrociniū laudē et
uenerationē, ut ꝑ ipſos tādē tēdamꝰ ac ꝑueniamꝰ ad deū, totiꝰ III.
honorationis nr̄æ ſcopū, finē, ac metā? ¶ Neq; tñ dixerim, id
ſemꝑ neceſſariū eſſe atq; factitādū, ut ꝑ ſanctos ipſos tanq̄ me
diatores feramur in deū, q̄ſi nunq̄ liceret, ſine intermedijs pa-
tronis diuinā ꝓcibus nr̄is cōpellare maieſtatē. Qui nanq; hoc
aſtrueret ad unū euitādū errorē, eoꝝ uidelicet q dicūt ſanctos
nūq̄ eſſe inuocādos, neq; ad eoꝝ eē cōfugiēdū ſuffragia, ſed
ad ſolū deū, incideret in alterū errorē extremū, neq; minus pe
riculoſum, utpote ꝙ ſemꝑ ſanctoꝝ eſt implorādū patrociniū
q̄ties a deo q̄ppiā petere uolumus, neq; ad deū habere acceſſū
unq̄ ſit tentādū, niſi prius inuocato eoꝝ auxilio, q̊d utiq;, a ue
ritate prorſus eſt alienū, cū ſcriptū ſit in euangello, filiū prodi Lucæ.15
gū pœnitudine prioris uitæ in flagitijs transactæ ductū, ob
extremā (q̄ premebat̄) rerū oīm penuriā, primo congreſſu pa
trē ſuū adijſſe, illū precibꝰ pulſaſſe, petiuiſſeq; ab eo misericor
diā, quā ex paterna benignitate cōſecutus eſt, non implorato
fratris eius ſenioris, aut cuiuſpiā domeſticoꝝ patris auxilio, q
primū apud patrē pro ſe uerba facerēt, irāq; eiꝰ & indignatio
nē placarēt. Haud ſecꝰ ſi noſipſi ſine intermedia ſctōꝝ iuocati
one deū ꝓcibus nr̄is adimꝰ interdū, q pater eſt miſericordiarū
& miſerationū, ueniā ab eo poſtulātes peccatorū & ſuæ gr̄æ
munus, q̊ deinceps recte uiuamus, bñ quidem id agimꝰ, cum
ipſe id agendum eſſe doceat & moneat, qñ modum orandi & Matt.6.
formam

formã nobis apud Matthęũ pſcribit. Attñ ſi interdũ etiã ad
Mat. 6 ſctõꝝ cõfugiam⁹ opẽ, orãtes ut pro nob diuinã ĩplorẽt miſeri
cordiã, & ita p eos molimur uiã, iterq̃ ad deũ nobis ſternimus
recte q̃q; id agim⁹, neq; hmõi noſtrũ opus rephẽſionẽ meret.
Quo mõ ꝟo prius ad ſctõs q̃ deũ recurrere poſſim⁹ ſine noxa
& q̃ nã mõ pperã idẽ agere, in. 7. hui⁹ libri cap. latius etiã eſt
IIII declaratũ. ¶ Q̃ aũt in hac obiectiõe cõtẽdũt aduerſarij ĩ ſuæ
rõnis corroborationẽ, potius in unũ q̃ plura eẽ intendẽdũ, ita
diſtinguẽdũ eſt ac dirimẽdũ, ꝙ qñ diſtributio in plura, ĩpedi-
mẽto eſt attẽtioni ad unũ, uerũ ſane id eſt, in illud unũ potius
eẽ intẽdẽdũ q̃ in plura. Vbi ꝟo in plura cõuerſio, nõ eſt obſta
culo ipſi mẽti, q̃ minus tã attente ferat in unũ, qn poti⁹ ad hoc
eſt adiumẽto, potius certe in plura q̃ unũ, tũc eſt intẽdẽdum.
Queadmodũ uiſio aeris pſpicui, cœliq; lympidi, nõ pſtat ipe-
dimẽtũ uidẽdo ſoli, ſed adminiculũ, ideo cũ ſole lucido, & illa
cõſpiciẽda ſunt. Ita & ſctõꝝ honoratio, nõ ĩpedit nr̃i ad deum
cõuerſionẽ atq; progreſſionẽ, qn poti⁹ eã adiuuat, promouet
& efficit. Quare una cũ deo in primis adorãdo, & ſancti (qſq;
in ſuo gradu & ordine) ſunt a nobis honorãdi. ¶ Porro hic o-
peræpciũ fuerit refellere hãc aduerſarioꝝ captionẽ, quã nob
nũc intorquẽt, dicẽtes humanã mẽtẽ ob multitudinẽ ſancto-
rũ q̃s honorare uelit, diſpgi a deo, et remiſſiorẽ ad ipm colẽdũ
reddi. Siqdẽ cõſimili oĩno rõne colligemus ꝙ cũ deus, iuſſerit
honorare parẽtes, ſeniores, reges, ſacerdotes, & pleroſq; alios
(ut in ſcdo pcedẽtis libri cap. ſilr & ſcdo hui⁹, & frequẽti ſcri-
pturæ teſtimonio eſt mõſtratũ) ex tãta eoꝝ q honorandi ſunt
turba ac nũero, diſtrahat hũanus aĩus ab honore dei, minuſq;
ad illũ afficiat, q̃ ſi ſolus deus honorari pciperet. Quare in ſui
diuini honoris piudiciũ, dediſſet de⁹ pceptũ, de hoĩbus pclarę
dignitatis & eminẽtiæ, honorãdis. Quinimo eodẽ rõcinio &
id cõficiet, ꝙ Chr̃s dñs nr̃ nõ eẽt a nob orãdus, q̃ten⁹ eſt Chr̃s,
qa iuxta integrã noĩs illi⁹ rõnẽ, nõ ſolũ de⁹ eſt, ſed & hõ. Qua
re illũ orãdo ut Chr̃m, remittet affectio orãtis, a deo ad hoĩem
remiſſiuſq; illa feret in deũ, ſi ex ſctõꝝ ueneratiõe (ut uolunt
aduerſarij) lãguidior reddet affect⁹ nr̃ ad deũ colẽdũ. Nõ er-
go licuerit nobis ampli⁹, ad ipm dei filiũ has ſupplicatorias uo

ces dirige

ces dirigere. Qui paſſus es pro nobis, dñe miſerere nobis. Qui
ſedes ad dexterã prís, miſerere nobis. & conſiles, ſacratiſſima
nr̃æ redẽptiõis myſteria, hũano gñi clemẽtiſſime exhibita cõ
memorãtes, ne ꝑ eas, aĩus nr̃ a deo auocet̃ ad hũana. Sed quis
hãc extremã, æquo aĩo feret ineptiã? Rurſum ſi ex multitudi
ne eoꝝ q honorant̃, lãguidior reddit̃ nr̃ affect⁹ ad deũ honorã
dũ, pari oĩo rõne, ex multitudine eoꝝ q diligũt̃ ſyncero cha
ritatis ardore, remiſſior efficiet̃ affectus nr̃ ad deũ amandũ. Er
go cũ ad proximoꝝ (q̃ꝝ nũeroſa eſt multitudo, extẽdit̃ iuxta
dñi ꝓceptũ aĩus nr̃, eo ipſo idẽ reddit̃ tepidior ac ſegnior ad de
um diligẽdũ. Quocirca de⁹ ipſe ꝓceptũ de diligẽdo proximo
nobis dediſſet cõtra ſe, & ĩ amoris ſibi a nobis debiti ꝑiudiciũ
qñquidẽ illius ꝓcepti executio afferret detrimẽtũ amori, a no-
bis in deũ hñdo, ut q ob amorẽ in cõplures proximos diſper-
ſum, eẽt languidior, q̃ ſi foret ſolitarius. Atqui manifeſtũ eſt,
has oẽs rõcinandi formas mõ adductas, eẽ prorſus inutiles ac
infirmas. Igit̃ & ea quã in ꝑſentis cap. obiectiõe proponũt ad
uerſarij, eiuſdẽ oĩno ſchematis & modi, etiã eſt inualida. ¶ De v
mũ, ꝙ apud nõnullos dies dñicus minori celebritate colit̃ (ut
obiectãt alij) q̃ recta rõ & diuinæ maieſtatis expoſcat altitudo
ꝙ itẽ nõnulli ꝑtermiſſo deo totã ſuã ſpem & fiduciã in ſctõs
ferũt, hñtes maiorẽ cõfidẽtiã in ſancti alicuius patrocinio (cui
plus æq̃ ſunt affecti) q̃ in deo, id plane nõ ex ipſa ſctõꝝ uene-
ratione, ut eã cõſtituit eccl'ia ſancta faciẽdã, proficiſcit̃, ſed ex
prolapſione ab ea, & ex declinatiõe a recta ſemita ad obliquã
utpote ad exceſſum in ſctis honorãdis, & defectũ in colendo
deo. Verũ hmõi exuperatio & defectio, nequaq̃ prodeũt ex
cõſtitutione eccl'iaſtica, q̃ ſtatuit ſctõs poſt deũ (queq; pro ſui
gradus dignitate ac ordine) rite honorãdos. Sed hmõ exorbi- Mat. 13
tatio enaſcit̃ ex inimico hoĩe, q illud zizania ſupſeminauit in
agro dñi, antiq̃ ſcꝫ ſerpẽte, & aduerſario ſalutis hũanæ, q re-
ctis cõſtitutiõib⁹ optime poſitis, molit̃ ſp̃ inſerere aliqd noxiũ
& peſtilẽs, q̊d aduerſet̃ deo, Attñ ꝓpter id infœlix lolium &
noxiã herbã ꝑmixtã bono ſemini, nõ debet triticũ ip̃m dãnari
nec reijci tanq̃ uirulẽtũ, ſed eradicandũ dũtaxat eſt zizania,
euellẽdũq; loliũ, ac dimittendũ in ſua incolumitate ac integri-

tate triticũ. Quẽadmodũ in diebus dñicis & feſtis, cõmitti ui
dent(proh dolor)a cõpluribus multa flagitia ac grauia, in cra
pulis, comeſſationibꝰ, ebrietatibus, ac ludis illiberalibꝰ, nõ q-
dẽ ex ipſoꝝ dierũ feſtoꝝ natura & cõditiõe, ſed ex hoim per-
uerſitate, applicãtiũ tẽpus hmõi celebratiõis ad uanitates, cho
reas, & ſpectacula inutilia. Nunqd tñ iccirco abolẽdi ſunt di-
es feſti oino, ut neq; ãplius celebret dies dñicus in pplo, neq;
aliud q̃dpiã feſtũ: Nequaq̃, ſed improbi illi mores, abuſus fe-
ſtoꝝ, & incõceſſæ uoluptates, prohibẽda ſunt exerceri diebꝰ
feſtis, ut nõ ita in illis offendat deus. Haud aliter extirpanda
ſunt a ſctõꝝ ueneratiõe, q̃cũq; a recto exorbitãt, ac deuia ſunt
q̃ uero ſyncæra, pia ac religioſa, decẽtia ſctõꝝ honorẽ, ac dei
cultũ promouẽtia, ea oia in ſua integritate, quẽadmodũ pri-
mũ fuere inſtituta, ſunt cõſeruãda. Verũ de his, in ſequẽtibus
VI locis diffuſior erit ſermo, & potiſſimũ in proxio capite. ¶ At
ꝟo q̃d in p̄ſentis capitis obiectiõe proponũt aduerſarij, diem
dñicũ minore plerũq; ſolẽnitate celebrari apud pplm chrianũ
q̃ diẽ feſtũ alicuiꝰ ſancti, etiã inferiorẽ inter ſctõs choꝝ ſorti-
ti, nõ uſq;quaq; habẽdũ eſt tanq̃ indecẽs, abſurdũ & irrationa
bile, ſicut ipſi exiſtimãt. Nẽpe legitima occurrere p̄t aliqua cã
propter quã exteriore cultu, cõſiſtẽte in exteris uenerationis
ſignis, celebrius interdum colat dies feſtus ſancti cuiuſpiam,
nõ inter ſuprema ſctõꝝ ſubſellia in cœlo cõſtituti, q̃ dies dñi-
cus, & recte qdẽ ac debite, ita colat, utpote qa is ſctũs, habet
eccliæ patronꝰ, aut qm̃ ſingularis in illũ eſt totiꝰ populi deuo
tio, rationabili cã inducta, aut qa ꝑ illius interceſſionẽ deus il-
li pplo aut terræ impartiuit ſpũalia bñficia, opatione manife-
ſta miraculoꝝ, exhibita, aut ob aliã quãlibet decentẽ cauſam.
Ob quã, feſtũ eius ſemel tm̃ quotãnis occurrẽs, cũ maiore ſo-
lẽnitate nõnunq̃ celebrat legitime a pplo, q̃ dies dñicus, octa
uo q̃q; die recurrẽs. Neq; id profecto rep̄henſione eſt dignũ,
ubi rationabilis aliq̃ cauſa pplm impellit, ad hmõi maiorẽ ce-
lebritatẽ ſancto impẽdendã, ꝙ ois illa(q̃ ipi ſctõ impẽdit)ho
noratio, ulterius in deũ recurrit, tanq̃ ultimũ finẽ, ut ſepius añ
eſt dictũ. Veruntñ interiore cultu(quẽ p̄cipue deus a nob ex
quirit)dies dñicus a pijs Chriſtianis fere celebrius agit, q̃ dies
feſtus

feſtus ſanctoꝝ, ꝙ in illo ſtudeant totã ſuã mentẽ, ꝑ ſyncærã dilectionis actũ, in deũ cõuertere, illũq; in ſpũ & ueritate adorare, enitant̄ itidẽ, ipſi, pio inhærere amore, ſuſceptorũq; bñficiorũ magnitudinẽ pariter & multitudinẽ in animũ reuocare ac de illis gr̄as eidẽ agere, imo eo die ad peculiarẽ dei cultũ inſtituto, elaborent q bono in deũ affecti ſunt aio, ſingularia impẽdere deo obſeqa, feruente ac diligẽte ſtudio, q̃ ſummã eius maieſtatẽ decẽt, cui proſternunt̄ humiles, & a qua pctõꝝ (diſcuſſis ſuoꝝ cordium penetralibus) ueniã expoſcũt beneq; deinceps uiuendi gratiã. Quæ quidẽ pietatis officia, non ita frequenter in feſtis ſanctorũ deo ſolent exolui, ꝙ his, dies dominicus eſt peculiariter deſignatus.

¶ Sacroſanctã euchariſtiã, maiore cultu q̃ ſctõs honorãdã eẽ & cuiq; ſctõꝝ pro ſuo gradu deferendũ honorẽ. Cap. XVI.

DEinde nos acri⁹ ꝓmũt hoſtes & decimoſexto hoc cauillo, ſic aggrediũt̄. In ſanctorũ uenerationibus multæ cõmittunt̄ irreligioſitates, uanæq; obſeruationes, ferme ad ſupſtitionẽ quandã accedentes, indiſcreta itidẽ obſequia, ſtulta pietate a multis imprudẽter fieri ſolita. Exẽpli gratia, añ ſanctorũ reliquias & imagines ſuſpendunt̄ magnifica ꝓcioſaq; donaria, auro argẽtoq; & gẽmis adornata, plurimi accẽdunt̄ cærei. Ante ſanctã uero euchariſtiã in tẽplis repoſitã (q̄d eſt ſanctũ ſanctoꝝ, & reliqs oibus auguſtius atq; ꝓcellentius) ne unũ quidẽ reponit̄ donũ, gratuito munere oblatũ, & uix unus collucet cæreus. Quod ſane ẽ magis honorare ſanctos, q̃ deũ ipſum & ſacratiſſimũ Chr̄i corp⁹ nobis in pignus æternę uitę & ꝑpetui monumentũ amoris relictũ. Sanctoꝝ ꝓterea inferioris ordinis, interdũ maior agit̄ ſolẽnitas, celebrioreq; cãpanaꝝ ſonitu organoꝝ modulatiõe, & ueſtimẽtorũ eccleſiaſticorũ apparatiore ornatu, q̃ maioꝝ & ſublimioris chori ſanctoꝝ, ab ĳs q quæſtũ putãt pietatẽ, & id qdẽ propter aucupiũ pecuniæ, & emolumentũ ex ea celebritate colligẽdũ. Vbi eñ odor lucri nares affecerit & fului ſpes refulſerit auri, nihil eſt q̄d ſolẽnitati illi⁹ ſancti celebrandę deſit, ut frequẽtiores ueniãt oblationes ad arã, & prouentus amplior inde metat̄, ¶ Quibus reſpondendũ eſt uno pene uerbo II

qꝗ & circa calcē ꝓcedētis capitis eſt dictū, neminē ſcilicet eē,
q diffiteať in ſctōꝝ ueneratione, multa indiſcrete, uane & irra
tionabilr̃ ab hoibus fieri poſſe, ob facilē ab ipſo uirtutis medio
ad uitioꝝ extrema prolapſum, & nōnullis in locis (ꝙd ſummo
pere indolēdū eſt) fortaſſe aliq̄ cōmitti. Quę utiq; diligēti opa
gerētiū in eccľia publicā adminiſtrationē poteſtatēq; regimi-
nis, ſolicite extirpari deberēt ac cōuelli, ne latius ſerpāt & ſuf-
focēt bonū ſemē. Sūt eñ obſeruatiōes illæ uanæ, & ſupſtitio
ni (ſicubi increuerint) admodū propinquę, tanq̄ uepres, urti-
cæ & ſentes aculeatæ, falce biſacuta authoritatis eccľiaſticæ
penitus reſecādæ, reuellēdæq; funditus, repurgāduſq; dñicus
ager ſarculo uigilātiæ ac ſeueritatis, ne ampli⁹ in eo ſuccreſcat,
aut pullulare ſinať hoc noxiū gramē. Veꝝ qm̄ hæc oīa illegi
timaꝝ obſeruationū gña, nō ex cōſtitutiōis eccľiaſticæ de ho-
norādis ſctis (q̄ abſq; dubio bona eſt) radice naſcūť, ſed ex ab-
utētiū ijs q̄ recte ſancita ſunt pũerſitate, ſuggeſtioneq; malig-
ni, q (ut paulo añ dictū eū, & adhuc repetere nō piget) hoc ſu
ꝑſeminauit zizania nocte, atq; ſupiecit bono ſemini, nunqd ꝓ
pter inductas iſtas obſeruatiōes iniq̄s, debet ſuſtolli ſctā illa in
ſtitutio de ueneratiōe ſctōꝝ frequētāda? & ut euellať zizania,
nunqd elaborādū eſt, ut ſemel eradiceť & triticū? Nequaq̄ ita
facto opus eſt, ſi ſapim⁹, ſed eruēdū tātūmodo eſt zizania, in-
columi & ītegro manēte tritico. Eniuero ſi abijciēda ſunt oīa
qbus male uti cōtingit, q̄uis ſuapte natura ſint ad bonū ordi-
nata, interdicēdus tūc eſt hoibus diuitiaꝝ, uini, & ferri oīmo
dus uſus, ꝙ hæc plerūq;, hūanæ prauitatis ſunt inſtrumēta, &
ad malū ꝑpetrādū inducūt incautos, ſuntq; irritamēta malorū
Quinimo nullā ferme dederis eccľiaſticā ſanctionē, quā eadē
rōne nō opteret abrogari, ꝙ rara eſt cōſtitutio ad eccľiæ ritū
III ꝑtinēs, quā hoim neqtia et abuſus nō uitiauerit, labefactauerit
atq; in obliquū detorſerit. ¶ Veruntñ q̄ in ꝑſentis capitis ob-
iectione ab aduerſarijs adducta ſunt, ſcdm eoꝝ ſniam ad irra-
tionabilē ſpectātia ſctōꝝ cultū, nō oīquaq; talia dn̄t exiſtima-
Cap. 17. ri, cū poſſint eadē recte fieri, & plerūq; ita fiāt. Eniuero circa
finē primi libri multifariā eſt oñſum, id cōmēdatione dignum
eē & admodū probādū, ꝙ in ſctōꝝ honorē ſuſpēdāt in tēplis

præcioſa

p̃cioſa donaria, accendantq; lychni & cærei q̃m hæc ipſa pia obſeqa, teſtificãt ſyncæꝝ hoim affectũ in ſc̃tos, erigũtq; liberius infirmũ eoꝝ animũ & alacrius in deũ, q̃n p hæc ſenſibilia ſigna tãq̃ adminicula q̃dã, ſubuehit infirmitas hũana in ſpũalẽ ſc̃toꝝ uenerationẽ, ac p illã, deniq; in deũ. Q᷑ aũt eadẽ pietatis officia nõ exhibeant paſſim ſacroſanctæ eucharistiæ, nõ eã ob cauſam cõtingit, ꝙ minoris dignitatis aut eminẽtiæ illa exiſtimet q̃ ſancti, aut q̃m plus honorificẽtiæ ſc̃tis impẽdẽdũ cẽſeat, q̃ ipſi ſanctiſſimo ſacramẽto, ſed ad idip̃m inſinuandũ ꝙ ſacratiſſimæ eucharistiæ potiſſimũ debeat cultus interior q̃ pſternãt hoim corda, humiq; affuſa procũbãt an̄ uiuificũ illud & ſalutare Chr̃i corp⁹, adorãtia ip̃m in ſpũ & ỽitate, dñmq; & regẽ cœloꝝ in eo cũ ſumma hũilitate uenerãtia. Hic ſane p̃cipuus eſt cult⁹, ipſi Chr̃o in hoc admirabili myſterio debitus, & in quẽ intẽtus eẽ debet oĩno nr̃ affectus, proin̄ ſi minus exterioris ornat⁹ illi in donariis aut cæreis exhibeat, nõ ẽ illud protin⁹ rep̃hẽdẽdũ, ne in exteriore illo cultu, tota aut p̃cipua uenerationis ipſi⁹ ſumma cõſiſtere uideat. Q᷑q̃ nõ deſũt etiã alia, nihilo inferiora uenerationis ſigna, foris ſacratiſſimo Chr̃i corpi ab hoibus exhiberi ſolita, interiorẽ illã ad digniſſimũ eucharistiæ ſac̃m reuerẽtiã eorũ, haud obſcure prodẽtia. Vt nõnullis in locis cæreus ſp ardẽs, aut ppetua lãpas, aſſidue an̄ ip̃m ſc̃m̃ ſc̃toꝝ coruſcãs, accẽſa itidẽ tæda, cũ e ſacrario pferi atq; oñdit pp̃lo ſc̃tiſſimũ corpus dñicũ, q̃ tũ primũ extinguit, q̃n rurſum ſuo in loco fuerit cũ ſumma ueneratiõe repoſitũ. Demũ cũ idẽ ſalutiferꝝ nr̃æ pegrinatiõis uiaticũ, ad infirmũ quẽpiã deferi, nõ niſi collucẽte cereo, p̃cedẽteq; tintinabulo, q̃d hoĩes admoneat adoratiõis illi in uia ſuppliciter exhibẽdæ, p plateas portat. Omittoq; & alia ſingularia honoris indicia, q̃ cũ ingẽti deuotiõe exteri⁹ a pp̃lo, ipſi dño dñoꝝ in hoc admirabili ſacr̃o apd̃ diuerſa loca ſtudioſe impẽdũt. Sed quas nũc dederis ſc̃toꝝ reliqas & ſacra corpa, qbus tãta deferãt etiã exteriore cultu honoꝝ inſignia: aut qbus q̃tidiana ita ĩpẽdãt (ut ſacroſanctę eucharistię, in ipſi⁹ miſſę celebratiõe) honoris obſeqa: Cęteꝝ eo uno uidet hallucinari, q in frõte capitis huius poſitã obiectionẽ proponũt, ꝙ autumẽt exteriorib⁹ reuerantiæ:

rẽtiæ ſignis tãtã ſp ac talẽ debere rñdere interiorẽ ueneratio-
nẽ, atq; e diuerſo, ut qbus plura ac maiora extrinſeco appara-
tu exhibem⁹ honoris obſequia, eos interiore mẽtis affectu im
pẽſius colamus, & qbus pauciora ac minora deferimus foris,
eos etiã intus, minus ac lãguidius honorem⁹. Verũ id lõge ali
ter plerũq; ſe habet nõ ſp interioris cult⁹ ad exteriorẽ æquus
eſt & mutu⁹ rñſus, qñquidẽ auguſtiſſimũ euchariſtiæ ſacr̃m,
exteriore ornatu donoꝝ ac cæreoꝝ, min⁹ interdũ q̃ ſc̃tos (&
citra rep̃hẽſionẽ) ueneraĩ pp̃lus chr̃ianus, interiore ṽo hono-
rificẽtia, illud reuera ſup oẽs ſc̃tõs pie colit, qppe adoratõe, ſo
li deo debita. E diuerſo in ſc̃tis honorãdis nõnũq̃ ornatior ẽ
apparatus ueneratiõis exterior, & lõge minor eſt (etiã ſine no
xa) cult⁹ animi penitior ac interior. ¶ Porro q̃d ſc̃do propo-
IIII nũt in hac obiectõe loco aduerſarij, tãq̃ irrationabile & abſur
dũ, ſc̃tõs uidelicet inferioris ordinis, iterdũ celebriore ſolẽni-
tate honorari a pp̃lo, q̃ q in ſupiore ſunt cœli cõſeſſu, nõ etiã
debet ſp haberi indecẽs & indecoꝝ, potiſſimũ ubi aliq̃ inter-
¶ Cap. p̃cedẽti. uenit (uti etiã paulo añ dictũ eſt) cã legitima, hmõi ueneratõis
maioris, ut qm̃ ſc̃tũs ille, grad⁹ inferioris, eſt ipſi⁹ eccl̃ię patro
nus, aut qm̃ propẽſior eſt in illũ, pia pp̃li deuotio, aut qa bñ-
ficã ei⁹ uirtutẽ ſenſit urbs aliq̃ aut regio, ex miraculoꝝ opatio
ne, ad manifeſtãdã illi⁹ gloriã, a dño illi pp̃lo exhibita, a q uo-
luerit ipſe deus hmõi ſanctũ ſingulari honore coli, aut ob ali-
quã aliã cãm, a rectitudine nõ aberrãtẽ. Proinde q̃d ſæpenũe-
ro añ dictũ eſt, ſc̃tõs ipſos (queq; pro ſui gradus & ordinis di-
gnitate) a nobis eẽ honorandos, intelligi ſp uelim, ubi cætera
oĩa pari ſe hñt mõ, & nõ intercedit cauſa aliqua rõnabilis, ob
quã liceat, inferioris ordinis ſc̃tõ cuipiã inſigniorẽ deferre ce-
lebritatẽ. Et ſc̃tã qdẽ eccl̃ia in ſuis ſupplicatõib⁹ publicis, ordi
nẽ quẽdã certũ grad⁹, ſortis ac dignitatis ſc̃tõꝝ aſſeruat, haud
tñ inuiolabilẽ, idcirco nobis p̃ſcripſit legẽ, eo quẽ in ſuis leta-
nijs cõſtituit ordine, ſanctos ipſos uenerandi, ut eos q priore
V ſitu collocãĩ, honorati⁹, ceteros uero, inferiore cultu & mino
re, qñqdẽ debita occurrẽte cã, id ſecus fieri recte poſſit. ¶ Ne
q; quiſpiã ea duci debet opinione, ampliorẽ uenerationẽ exte
teriorẽ, ſancto cuiq̃ minoris dignitatis a pp̃lo exhibitã, præiu
dicare

dicare excellentiæ aut pfectioni alterius ſancti, ſublimiore e-
minētia pcellētis. Nō em̄ quippiā, ipſius Abrahę detractū ē
claritudini & pſtātiæ, eo ipſo, q dn̄s cōtēplatione ipſius Loth Gene.19
aliqd bn̄ficij ei & ſuis in liberatione ab ultricibus flāmis impē
derit. Neq; diminuta eſt ipſius Dauid pcellentia atq; ſublimi I.Para.29.
tas, ob idipm, q Salomon filius eius ex diuina ordinatione tē- 4.Regū.4.&
plū dn̄o cōſtruxerit, nō ipſe Dauid. Demū neq; id ipſius He- deinceps.
liæ derogat dignitati atq; ſanctimoniæ, q plura p Heliſæū q̄
p ipm narrēt facta miracula, qn̄qdē nō ſp ex maioris progati-
ua ſanctitatis cōfert a deo ſctis uirtus miraculoꝝ, cū de B. Io- Matt.11.
hāne baptiſta (q̄ inter natos mulieꝝ nō ſurrexit maior) ſcriptū
ſit, q tpe ſuæ pdicationis in Iudæa, ſignū fecit nullū, ſed ex a- Iohan.10.
liq̄ plerūq; alia cauſa, diuinæ qdē ſapiētiæ cognita, nobis autē
ignota. Et hinc interdū, p minoris gradus atq; ordinis ſanctū
dignat deus miracula opari, & nō eo tpe & loco p aliū, ſubli-
mioris chori atq; cōſeſſus, q̄re nec irrationabilr nōnunq̄ illi q̄
huic impēdit honoratior cultus ab hoibus, q etiā deo nō ē in-
gratus. Siqdē apud Ezechielē, nominatim exprimit deus tres Ezech.14
uiros iuſtos, Noe, Danielē, & Iob. apd Hieremiā uero, Mo- Hiere.15
yſen & Samuelē, q̄ nobis inſinuet, nō minus eos eſſe in ęterna
apud ſe memoria, q̄ Abrahā, Iſaac, & Iacob, pcipuos patriar-
chas, iferioriſq; grad' ſctōs, ęque atq; pcelſioris, ſibi eē cordi et
curę. ¶ Demū neq; idētidē id reprobatiōe eſt dignū, q ſacer- VI.
dotes & ecclīæ miniſtri tēporale aliq̄d pcipiāt emolumētū, in
uitæ pſentis ſubſidiū atq; ſubleuamē, ex pia oblatione populi
ſctōs colētis, modo hmōi pceptio, rationabilr & legitime, ac
citra cupiditatē prauūq; affectū fiat. Nēpe ſi pcipua ac potiſſi
ma eccliaſticoꝝ, feſta ſctis celebrātiū intētio, uerſaret circa lu
crū pecuniariū aut cōmodū tēporale, planū eſt utiq; q oino p
uerſa foret illa, & ſummopere dānāda. Attamē hmōi, aliorū
opera, in meliorē partem ſemp ſunt interpretāda, atq; id unū
documentū, magnopere hic obſeruandū, q nemo facilis ſit,
propēſus aut leuis, ad hūc uel illū ecclīæ ritū diutina cōſuetu-
dine probatū, temere rephēdendū, ſed exiſtimet potius eū ob
rationabilē cauſam primo eſſe inductū, q̄uis illa eū lateat. Q-
ſi diligēter cauſam moris illius aut uſus antiqui perqueſiuerit

ab iis

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

abiꝭs q reꝝ ecclíasticarũ ſunt periti, inueniet eã demũ rectã eẽ
ac legitimã. Vbi uero attingere illam nõ poteſt, nihilo ſecius
ſe ſubmittat cõmuni eccl'iæ iudicio, & tuta incedet uia.

¶ Nõ leuiter, ad nouoꝝ ſanctorũ cultũ eſſe proſiliendũ, ne
q; imagines, ſub alia q̃ ſignoꝝ rõne, uenerãdas. Ca. XVII

I D Ecimoſeptimo ãt loco, nos aduerſariꝭ hac adoriũť
obiectiõe. Nõnullos eſt inuenire, q nimia leuitate
inducti & facili credulitate, eos tãq̃ ſctõs honorãt
q ſcti nõ ſunt, neq; ab eccl'ia, ſctõꝝ catalogo aſcrip-
ti. q̃d protecto nõ minori piculo ſubiꝭcit hominẽ, q̃ ſi eũ q ſan
ctus eſt & habeť, uenerari negligat. Hmõi aũt prophano cul-
tu, ad q̃ſtũ forſitan primũ excogitato, hoſtis nř antiquus miꝝ
in modũ delectať, illic itidẽ ſua tẽdit retia & laq̃os, ut in ſupſti
tionis errorẽ mľtos inuoluat, utq; idolũ erigat, ad q̃d ueneran-
dũ, undiq; cõcurrať. Inueniunť & aliꝭ plerũq;, q ultra imagi-
nis & picturæ ſctõꝝ effigiẽ, nõ erigũt mẽtẽ ſuã, ſed ſctis debi
tũ honorẽ, illi ſtatuæ impẽdũt. Occurrũt etiã interdũ aliꝭ, qui
maiore afficiũť deuotiõe ad ſctm̃, cuiꝰ imaginẽ uidẽt elegãter
exſculptã aut pulchriꝰ adornatã, q̃ ad eũ cuiꝰ nõ eſt tã affabre
effigiata imago, aut nõ tãto decore adornata. Hi aũt oẽs, ſen-
ſibilibus adhærẽt figuris, affixiq; manẽt. Quare ad hęc decli-
nãda incõmoda, ſatius eſt (inquiũt) ſctõꝝ uenerationẽ oĩno ſu
ſtollere, & ſolũ deũ colere. ¶ Huic qdẽ obiectiõi reddẽda eſt
II rñſio, neminẽ ſuo arbitratu aut nutu ad alicuiꝰ ſancti uenerati-
onẽ debere prorũpere, ſed ea in re, ſedis apl'icæ eccl'iæq; catho
licæ expectare iudiciũ, & illi iã definito atq; determinato, ſe
Eccle. 19. hũiliter ſubmittere. Nẽpe q cito credit, leuis eſt corde, & q ad
rumorẽ miraculi, ab aliq̃ recens inuento ex opiniõe uulgi ſan
cto, facti, cõtinuo proſilit ad nũcupãda illa uota p̃ceſq; fun-
dendas, quẽ tñ nõ approbauit eccl'ia ſctã, nimiæ credulitatis,
inducentis eũ ad p̃cipitẽ illã ſcti uenerationẽ, ppemodũ ſup-
ſtitioni cõiũctã, eſt incuſandꝰ, grauiq; pœna mulctandus. Nã
in hmõi ſctõꝝ honoratiõe, prudenti maturatione opus eſt &
cauta circũſpectiõe, ne qcq̃ attenteť añ totiꝰ eccl'iæ ſnĩam ſup
ea re latã, aut ſedis apl'icæ ſanctionẽ, decernentẽ illi publicos
honores. Quippe eccl'ia ipſa, a ſpũ ſctõ (q ueritatis eſt ſpũs) re

git ac mouet, neq; in ijs q̄ fidei ſunt & morū, oberrare, aut a re
cto tramite deuiare p̄t. Q; ſi in ijs q̄ facti ſunt, eā deerrare cō
tingeret, & publica generaliq; cōſtitutōe eū decernere hono
rādū ut ſc̄tm̄, q tn̄ apud deū ſc̄tūs nō eēt, neq; beatoꝝ aſcit⁹ cō
ſortio, q̄d tn̄ uix fieri poſſe autumauerim, tū q̄ſq; illi ſn̄iæ toti⁹
eccl'iæ ſubmittere ſe debet, neq; ſuo ſoli⁹ iudicio q̄ſpiā illi obni
ti ac cōtraire. Illū nāq; ſc̄tm̄ qs honorās, ſc̄d̄m eccl'iaſticā con
ſtitutionē gn̄atim obſeruatā, bonū opus agit propter obediē-
tiā, neq; culpā cōtrahit, ob inuincibilē (q̄ tenet) ignorantiam.
Nēpe tale ſuū opus tūc nō fert in idip̄m q̄d ē, utpote in ei⁹ cul
tū q reuera ſit ſc̄tūs, cū poſitū ſit p̄ hypotheſin, eū q ita colit,
nō eē ſc̄tm̄, ſed fert tm̄ in idip̄m q̄d rationabil'r eē credit, ſcʒ in
uenerationē eius q inuincibil'r (ut ita dixerim) credit eē ſanct⁹.
Et illud plane ſufficit ad ipſius opis bonitatē ac rectitudinē.
Quēadmodū aliqs adorās hoſtiā eucbariſtiæ nō cōſecratam,
quā tn̄ credit eē cōſecratā a ſacerdote, nequāq̄ delinqt, qm̄ nō
fert ei⁹ adoratio in id q̄d ibi eſt, ſed in illud q̄d ibidē eē, rōnabi-
liter credit. Qui vo ſuo adhærēs ſenſui recuſaret eū colere ut
ſc̄tm̄, q ex hypotheſi facta nō eēt ſc̄tūs, propter inobedientiā
ſuā pariter & arrogantiā (q̄ ſuū iudiciū, toti⁹ eccl'iæ p̄ferret iu-
dicio, nō ſapiēs ad ſobrietatē, ut deberet) grauis culpæ reus ef
ficeret. Et ſi ſuā moliret in publicū diſſeminare ſn̄iam, eccl'iæ
repugnātē, alioſq; in illā p̄trahere, factioſam eo pacto induce
ret nouitatē atq; ſeditioſam, q̄ m̄l'tis ſcādalū ingenerare poſſet
obijceretq; pedibus cōpluriū, offendiculū. Itaq; in talib⁹ nego
cijs, q̄ſq; ſuo ſenſui q̄ alieno, min⁹ credere debet, ut ſcite admo Bernardus
nuit B. Bernard⁹, atq; cū S. Gregorio ingenue dicere. Malo Gregorius.
alieno ſenſui cedere, q̄ cōtētionib⁹ deſeruire. Neq; igit nimiū
leues, ad recipiēdū ſine delectu cuiuſuis ſc̄ti recēs inducti cul-
tū, ſimus, neq; plus æquo difficiles aut p̄uicaces, ad recuſandū
eorū cultū, q̄s tota approbat eccl'ia, ſed media ac regia progre
diamur uia, q̄ haud dubie uirtutis eſt. ¶ Q̄d uero ſubijciūt, pre III.
ſentē obiectionē nobis intorquētes, de ijs q imagines ſc̄tōꝝ,
nō ut figuras alioꝝ rep̄ſentatrices uenerant, ſed ut exēplaria,
reſq; rep̄ſentatas, conſtat utiq; eos (ſi q tales ſunt) procul a uia
ueritatis aberrare. In deo nāq;, rō adoratiōis uniuerſaleq; ſup

oia dominiũ. In creaturis ṽo, ut ſctis ac ſpiritib⁹ angelicis, rõ uenerationis, ipſis a mortalibus exhibẽdæ, eſt diuinũ aliqd, ꝑ quandã participationẽ in illis exiſtẽs, utpote uirtus, poteſtas, aut excellẽtia aliq̃ ſingularis, a deo illis cõmunicata. Neutrũ aũt horũ iã dictoꝝ, ipſis cõuenit imaginibus aut dei aut ſanctoꝝ. Neq; eñ in illis eſt ſuprema illa diuinitatis pfectio, neq; inſignis aliqua uirtutis aut gratiæ excellẽtia. Nulla igit̃ talium imaginũ, propter ſe uenerãda eſt, neq; auxiliũ aliq̃d ab eis poſtulandũ, q̃nquidẽ nec cõtuent̃ oculis, neq; auribus hauriunt qppiã, nec intelligũt honorãtes ſe, ſed inanimæ ſunt ſubſtãtię, lignee aut lapidee, qbus neq; ſenſus ineſt neq; intellect⁹. Nõ etiã exiſtimandũ eſt, aliqd numinis aut diuinæ uirtutis in ipis imaginibus exiſtere, ad miracula faciẽda, aut ad ꝑſtãdũ id q̃d ab eis expetit̃. Nanq; primũ a ſolo deo, & ſc̃do loco a ſctis, (ut apud deũ nr̃i ſint oratores) expetẽda ſunt oia, q̃ ad ſalutem animæ ſunt cõducẽtia, q quidẽ ſancti, corã ipſis imaginib⁹ eos repræſentãtibus, rite a nobis ſunt honorãdi. At uero imagines ipſæ, propter aliud & (ut ita dixerim) accidẽtario honorãtur, nõ quidẽ propter poteſtatẽ, uirtutẽ, aut grãm in ipſis exiſtentẽ, ſed propter repræſentationẽ eorũ ſanctoꝝ, qbus talia iã dicta dei munera inſunt. Qm̃ eñ repræſentant nobis ipſæ imagines uiſibiles, ſctõs, oculis nr̃is corporalibus nequaq̃ cõſpicuos, propter hãc ſolã repræſentãdi rationẽ, etiã & illis uenerationẽ exhibemus, quã tñ in ipſos, qui per hm̃oi ſignãtur

IIII imagines, ꝑſertim referimus. ¶ Q; ſi nõnunq̃ miracula fiant hominibus, ad imagines ſanctoꝝ certis in locis collocatas cõfluentibus, ſi bñficia ſanitatũ aut ſubleuationes a malo q̊piam eis ꝑſtant̃, nõ hæc uirtute imaginũ (q̃ nulla eſt) fieri credenda ſunt, ſed uirtute dei, ac miniſterio bonoꝝ angeloꝝ, & ad interceſſionẽ ſanctoꝝ, q̊s eo in loco de⁹ uult honorari, & q̊ꝝ ſunt illæ imagines, ea oia pagunt̃. Inſtituẽdus eſt itaq; dei pplus ſalutari doctrina, circa imaginũ uenerationẽ, q̃uo eã debeat exercere, ne eas q̃ ſigna tãtũ ſunt, ut res ſignatas accipiat, ne circa eaꝝ accidẽtarias ꝓprietates, pulchritudinẽ, elegãtiã, ſpeciẽ, exterioreṽe habitũ, defigat̃ aut immoret̃, ſed ab oib⁹ his animũ attollat ad eos ſuſpiciẽdos, colendos & honorandos, in quorũ

notionẽ

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

notionẽ & memoriã, ꝑ hmõi ſimulachra ducunť. Etenim hac
uia, cui debitũ reddet obſequiũ, primũ deo, ſecũdũ ſanctis ei⁹
tertiũ uero, eorũ imaginib⁹ propter ipſos. Attamẽ ubi ex ſo-
la ſimplicitate cõiuncta piæ affectioni, cõtingeret interdũ lai-
cos rudes & idiotas quoq̃ pacto circa imagines affici, neq; ita
ſyncere, ut par ẽ, aſſurgere ad ſctõs illis effigiatos, hmõi eorũ
ſimplicitas & talis deuotio, nõ ẽ cẽſenda, ꝑſus eẽ ingrata deo
aut diſplicẽs, qm̃ ipſa in fide fit eccľiæ, & illi tãq̃ fundamento
innitiť. Cui⁹ cõtẽplatione, ſupplet deus (ut credere dignũ eſt)
defectũ eorũ, & adiuuat ipſorum infirmitatem.

¶ Sanctos, nõ ultra ſui ordinis gradũ eſſe extollendos, nec
cõmentitia de illis narrãda miracula. Cap. XVIII

DEcimooctauo demũ cõflictu literario atq; poſtre- I
mo, hoc in nos telũ aduerſarij cõtorquẽt. Nõ pau-
cos ẽ inuenire, q hũano q̃dã affectu nõ diuino ſpũ,
ſuos (q̃bus peculiariter addicti ſunt) ſctõs extollũt
longe altioribus præconijs, q̃ ferat illoꝝ gradus ac conditio,
pluraq; illis tribuũt ſanctitatis & gloriæ eulogia, q̃ ſinat ueri-
tas, honoratiſſimis itidẽ illos titulis, ſoliq; deo iure debitis ap-
pellant, de ipſis, nõ niſi ꝑ ſuplationis atq; ſupexcellẽtię nomĩa
uerba faciẽtes, cũ ſanctiſſimos, beatiſſimos, optimoſq;, ipſos ꝓ
dicãt. Demũ alij de ſanctis q̃s impẽſius honorari uolũt, mira-
cula cõfingũt, ſubdola adinuẽtione, ad quęſtũ & pecunię au-
cupiũ, aliãve quãuis iniquã intẽtionẽ, q̃ nunq̃ de⁹ ꝑ eos eſt o-
peratus, hmõiq; miraculoꝝ cõmẽta, ſanctoꝝ inſerũt hiſtorijs,
uulgoq; legẽda tradũt, imo & in eccľiaſtico officio, illa ſacraꝝ
lectionũ loco legi, ac proferri interdũ cõperiunť, ſine certo a-
liquo & probato authore cõſcripta. Eadẽ q̃q; ſignoꝝ figmen-
ta, in publica cõcione ad ppl'm hi mendaces ſanctoꝝ cultores
denũciant, q̃ ad nænias q̃ſdã & fabulas aniles propemodũ de
cumbũt. Et ita ſtulta quadã credulitate (ne dicã impietate) im
buunť animi Chr̃ianoꝝ. & pro ueritate mẽdaciũ, pro fide ue
ro amplectunť errorẽ. Contra quos, intonat dominus per be- Iob. 13
atũ Iob. Nunquid deus indiget ueſtro mẽdacio, ut pro illo lo
quamini dolos? Sed neq; ſancti indigẽt, aut gaudẽt hmõi com
mentitijs ſignis, ut honorenť ab hominibus. Quocirca ſatius

II eẽt(inq̃t)oīmodũ ſctõꝝ cultũ abolere, q̃ ex eoꝝ ueneratiõe,
tãtis icõmodis aiaꝝq; piculis occaſionẽ pbere. ¶ Hęc ita obie
ctãt, ſed paucis ſatiſfaciẽdũ eſt pñti eoꝝ cauillatõi, fatẽdũq; in
genue, pperã hęc fieri (ſicubi fiũt) q̃ in ea aſſumũt. Seruãdus
eñ eſt cũ oī in re, tũ in ſctõꝝ laudib⁹, mod⁹ ac mediocritas, ut
nõ plus æq̃ tribuat eis, neq; ſublimi⁹ pconiũ, q̃ cõgruat ipoꝝ
uirtutib⁹. Siqdẽ ipẽſior illa laudatio, hoīb⁹ hãc adhuc uitã agẽ
tib⁹ facta, uitio dat, neq; aſſentatiõis atq; adulatiõis caret ſuſ-
pitiõe. q̃to magis ea, q̃ ſctis, ſummę ꝟitati & æqtati diuinę in-
dimob il̃r hęrẽtib⁹, fieret ſupra ipoꝝ ſortẽ & gradũ, dãnãda ẽ
ac reĳciẽda. Haud tñ iccirco iprobãda eſt honorifica ſctõrũ
appellatio, p noīa ſupmã indicãtia excellẽtiã, expſſa, ut cõten
dũt aduerſarĳ. Quippe hmõi denoīatio, q̃ ſanctũ quẽpiã, bea
tiſſimũ, ſacratiſſimũq; & fœliciſſimũ appellamus, neq̃q̃ btõꝝ
ſtatui & ordini ẽ incõgrua. Cũ eñ hãc adhuc uitã agẽtes his
inſigniam⁹ noībus, citra oẽm adulationẽ, uocãtes ſummũ põ
tificẽ, ſanctiſſimũ patrẽ ac btiſſimũ, qdni ĳſdẽ nũcupationib⁹
ſctõs uere honorabim⁹? Verũ qdẽ illđ eſt, ꝙ id gen⁹ noīa in ſa
Pſal. 82. cris lr̃is raro cuiq̃ niſi deo attributa īueniũt, ut in eo loco pſal-
Pſal. 96 mi, tu ſol⁹ altiſſim⁹ in oī terra. Et ī alio loco. Qm̃ tu dñs altiſſi
Lucæ. I. mus ſup oẽm terrã, nimis exaltat⁹ es ſup oẽs deos. Et ī euang.
Spũs ſctũs ſupueniet in te, & uirt⁹ altiſſimi obũbrabit tibi. Et
iteꝝ. Et tu puer, ppheta altiſſimi uocaberis. Veꝝ itidẽ ẽ & id
ꝙ eadẽ, ſuplationẽ deſignãtia noīa, ſcđm ppriã ſuã rõnẽ, ſiue
affirmatiuã dederis, ſiue negatiuã, ſoli deo cõpetere pñt Eſt ei
de⁹ abſolute oī alio ſctior, & is etiã ẽ, q̃ nihil aliđ penit⁹ ẽ ſan-
ctius. Nihilo ſeci⁹ ſi eadẽ, ſupexcellẽtię notã exprimẽtia noīa
ſolã poſitiui ītelligãt hr̃e ſignificationẽ cũ q̃dã excellẽtia, ut ſã
ctiſſim⁹ tãtũdẽ ualere, atq; ualde uľ admodũ ſctũs, de ipſis btis
Lucas cęli ciuib⁹ enũciari pñt, qm̃ ſcđm hãc notionẽ, īterdũ de uiuẽ
tib⁹ dicta legũt, ut ī pfatiõe B. Lucę, quã ſuo pfixit euãgelio.
Viſum eſt(ait) & mihi aſſecuto oīa, a principio diligẽter ex or
dine tibi ſcribere, optime Theophile, ubi S. Lucas Theophi-
lũ ad quẽ ſcribit, uocat optimũ. Btũs etiã Paul⁹ Feſtũ pſidẽ Iu
Act. 26. dęæ, ob magiſtrat⁹ q̃ fungebat authoritatẽ, & bñuolẽtiæ gr̃a,
noīauit optimũ, cũ ita illi rñdit. Nõ inſanio(inqt) optie Feſte:
ſed ue-

ſed ꝟitatis & ſobrietatis ꝟba eloq̄r, ut refert Lucas. Sctõꝝ q̃q;
patrũ Aug. Hiero. Ambroſii, Greg. Bernardi, & cęterorum
ſcriptoꝝ libri, hiſce ſuplatiuis noĩbus ſunt refertiſſimi, q̃ in ea
(quã dixim⁹) inſignis excellẽtię rõne ſc̃tis attribuũt. Pñt & ea
dẽ, in q̃dã ſupexcellẽtia, nõ prorſus abſoluta, ſed alicui⁹ ſingu
laris uirtutis, & cõtracta, uere ſc̃tis aſcribi, qm̃ nemo pene eſt
ſc̃tõꝝ, q nõ emineat cęteris peculiari q̃dã uirtute, q̃ inſignit̃ ef
fulſit. Nẽpe de q̃uis ſc̃tõ, etiã uere canit eccl'ia catholica. Nõ Eccle. 44.
eſt inuẽtus ſi'lis illi, q cõſeruaret legẽ excelſi, ꝓpter aliquã ui-
delicet uirtutẽ ſingl'arẽ, q̃ reliq̃s excellẽter p̄ſtitit. Et ſc̃dm hãc
rõnẽ, ſc̃tiſſim⁹ enũciat̃ q̃ſpiã ſc̃tõꝝ, qm̃ in aliq̃ uirtute eximiã
p̄ter cęteros habuit ſc̃titatẽ. Btiſſimus itidẽ dr̃, qm̃ pro inſigni
aliq̃ uirtute, ſingularẽ aſſecut⁹ eſt apud dñm beatitudinis gra
dũ. ¶ Porro ut ad ea q̃ de miraculis ſc̃tõꝝ obiectãt aduerſarij, III.
ſermonẽ cõuertam⁹, nõ debet q̃ſq̃ ſe p̄bere facilẽ ad iudicãdũ
aut exiſtimandũ, miracula q̃ de ſc̃tis in eccl'ia legũt̃, eẽ fictitia
aut mẽdacia, potiſſimũ qñ ab authorib⁹ probatis indubitatę fi
dei, illa ſunt memorię prodita, aut etiã qñ ſine certo legũt̃ au-
thore, ab eccl'ia tñ ul'i aut ab aliq̃ pticulari eccl'ia, ſunt iã in uſũ
recepta. Neq; eñ paſſim reijciẽda ſunt oĩa aut reprobãda, q̃ ſi
ne certi authoris titulo legẽda in officio eccl'iaſtico tradũt̃, ꝙ
longinq̃ tp̄is uetuſtate, multoꝝ antiq̃ꝝ ſcriptoꝝ noĩa, abolita
ſint a codicib⁹ q̃ꝝ fuerũt authores, aut ad poſteritatis nõ pue-
nerint agnitionẽ. Alioq̃ repudiandus eẽt tot⁹ ipſius miſſæ ca
non, ab eccl'ia catholica uel maxĩe probat⁹, ꝙ nõ ſit uſq;quaq;
certũ, q̃ſnã author illũ prim⁹ cõpoſuerit. Reijciẽdi etiã eſſent
cõplures libri, q inter canonicos ſacrę ſcripturę libros, oĩm cõ
feſſione annũerant̃, utpote Regũ, Paralipomenon, Iob, Sapi
entię, Machabeoꝝ. ꝙ nõ ſit oĩno exploratũ, q̃ſnã fuerit eoꝝ
certus author. Nõ igit̃ in miraculis ſc̃tõꝝ aut actis q̃ in eccl'ia
recitant̃, & q̃ꝝ lectio ab ipſa eccl'ia diuturno uſu eſt frequẽtata
exq̃rendus eſt moroſa exactione cert⁹ author, ſed captiuãdus
in obſequiũ Chr̃i eſt intellect⁹, ſubijciẽdusq; cũ hũilitate, iu-
dicio ipſius eccl'iæ, q̃ talia in propatulo legẽda ſuſcepit. Siqdẽ
hmõi ſubmiſſio animi, p̄termiſſa propria ſua ſnĩa, ſequẽtis iu-
diciũ atq; uſum antiquũ eccl'iæ, apud deũ magnã habebit re-

muneratione, propter obediētiā & reuerētiā in ſanctā ecclïā, ubi e diuerſo cōtēptus & repudiatio eoꝝ ꝗ ab eccl'ia recepta ſunt et publice legūť ab aliꝗ̄ iſolēter attētata, ꝙ ea ſibi abſurda & min⁹ rōnabilia uiderēť, grauē ſibi cōflaret dei irā atqꝫ uindictā. Nō itaqꝫ leues eē debem⁹ ad hāc tetricā & plerūqꝫ temera
Cap. ꝑcedēti. riā cēſurā, ꝙ hęc uel illa (ꝗ de ſctis in eccl'iaſtico uſu legūť) miracula, ſint cōmētitia, apocrypha, uana, mendacia, aut fictitia.
Pſal. 135. Qm̄ ſic ferētes iudiciū (ꝗd ſub ꝑtextu pietatis & pij in deū affe
Pſal. 67. ct⁹, a ſpū īpietatis & incredulitatis ſępenūero ꝓficiſciť, & cordib⁹ hūanis īmittiť) inſoleſcerem⁹ cōtra eccl'iaſticā authoritatē cui plurimū deferre debem⁹, & ubi etiā in ijs ꝗ facti ſunt, aberraret (ſi mō id fieri poſſet) ei⁹ tñ ſtare ſniæ ac uſui, nos opteret ídqꝫ ſine culpa fieret, ut & paulo añ dictū ē. Necnō & diuinæ derogarem⁹ potētię, atqꝫ uirtuti, abnegātes deū potuiſſe talia, (ꝗ de ſctis recēſenť) miracula facere, q tñ facit mirabilia magna ſol⁹, & mirabilis ē in ſctis ſuis, aut ip̄ſ, hmōi miracula ad declarādā ſctōꝝ glïā nō feciſſe, aſtruētes, ꝗ ſane aſſertio, īpingit errorē eccl'ię, & pro ꝟitate, ip̄am mēdacia palā ꝓferre cenſet, ꝗd utiqꝫ extremæ ē temeritatis, ꝑſumptōis & inſolētię. Verū tñ ſi in libris haudꝗ̄ꝗ ab eccl'ia approbatis, ſed apocryphis, deꝑhēdanť fortaſſe cōficta de ſctis miracula, ꝗ in uſum eccl'iaſticū minime ſunt recepta, aut ī cōcionib⁹ ad pplm ꝓferāť, hmōi miraculoꝝ gñ̄a, a pietate fidei & ſyncęritate religionis aliena, atqꝫ ad ꝗſtū forſan & pecuniæ aucupiū excogitata, ut obijciūt aduerſarij, haud īficias ierim, talia cōmēta de ſctis atqꝫ figmēta ſuſtolli debere ab ijs, q adminiſtratoriā hn̄t authoritatē in eccl'ia. Quoꝝ ſane mun⁹ ē, ꝑuigilē nauare operā, ne hmōi zizania & noxia gramina, ſub umbra pietatis ſuccreſcāt in agro
IIII dñico. ¶ Cæteꝝ ut portū proſpectātes, tādē uela cōplicemus deꝑhēdunť ex ijs ꝗ in toto hoc opuſculo ſunt adducta, duę inter ſe oīno oppoſitę circa ſctōꝝ uenerationē, eē apđ diuerſos obſeruatiōes Prima ad exupationē declinās & exceſſum, plus æꝗ̄ ſctis ipſis attribuēs, maiorēqꝫ illis īpendēs honorē ꝗ̄ par ſit aut alio mō ꝗ̄ recta expoſcat rō. Qualis eſt eoꝝ, q in obiectionib⁹ ꝗ̄tuor poſtremorū capitū hui⁹ libri explicatos ritus min⁹ cōmēdādos exercēt, et ijs modis ſctōs honorāt, ꝗs inibi nobis

aduerſa-

aduerſarij obiectāt. Scđa ꝟo obſeruatio, imo poti⁹ obſeruatōis defectio, extremū etiā tenēs locū ut prior, oīno ad defectū labit, abnegās ſanctis aliquē eē deferēdū honorē, cultū aut uenerationē, ſolūq; deū a nobis honorādū eē ꝑdicās, & ſctōꝝ imagines, e tēplis, ſacellis atq; oratorijs tollēdas ꝓhibēs. Hui⁹ aūt execrādę ipietatis aſſertores, de eoꝝ uident eē nūero, q̄s taxat Horati⁹ hoc carmie. Dū fugiūt ſtulti uitia, in cōtraria currūt. Horatius. Eniuero offenſi fortaſſe indiſcreta multoꝝ ꝓpēſione circa nimiā ſanctorū uenerationē, in q̄tuor ultimis hui⁹ libri capitib⁹ explicatā & reprobatā, ut ab illoꝝ uana obſeruatiōe, ad ſupſtitionē propemodū declināte, ſibi cauerēt, incurrerūt oppoſitū illi⁹ uitij extremū, atq; inciderūt in Scyllā, cupiētes uitare Charybdim, cōtra q̄s in toto hoc libello, geminaq; ei⁹ pte, armis literarijs dimicatū ē. Sctā ꝟo eccl'ia catholica, iter has duas ſyrtes, mediā ducit cymbā, mediūq; tenet ꝟitatis iter, dānās uanū, indiſcretū & pene ſupſtitioſum ſctōꝝ cultū, repudians itidē arrogātē irreuerētiā atq; cōtēptionē, ſctis nullū honorē deferētē, et āplectēs decētē ac debitā ſctōꝝ uenerationē. Quā mirifice & dignis ꝑconijs cōmēdat uir ꝑclarę eruditiōis, ſacrarūq; lraꝝ ꝑitiſſim⁹ Gabriel Biel, in luculēto illo ope, q̄d cōpoſuit de canone miſſę. Eniuero in illius opis lectione. 31. & 32. necnō & lectiōe. 49. ac. 59. totā materiā de uenerātōe ſctōꝝ ac imaginū ipſorū, copioſe, luculēter, & egregie ꝑtractat. Gabriel Biel. Cuius lucubratiōe & ſentētijs multū certe adiuti ſum⁹, ad elaborādū hoc p̄ns opuſculū, neq; ab ei⁹ ueſtigijs, q̄tū nobis ē datū pedē unq̄ deflexim⁹. Itaq; ſtudioſum, cādidūq; lectorē, iā receptui canētes ſolicite cōmonefacim⁹, ut cū nr̄a, tū ipſius Gabrielis elaboratiōe induct⁹, annitat, ea ueneratiōe ſctōs oēs amplecti, colere, & proſeq in terris, ut demū eoꝝ ꝑcib⁹, ꝑpetua illis ſocietate cōiungi mereat in cœlis. Qđ nob etiā oīb⁹ annuat ſctōꝝ oīm glorificator, dn̄s nr̄ Ieſus Chr̄s, cū patre & ſpū ſancto unus deus, benedictus in ſecula. Amen.

¶ Coloniæ in officina honeſti ciuis Petri Quētel,
Anno. M. D. XXV.
Menſe Aprili.






UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

primam faciunt cognationem. Relatio ad eandem. Hic idem pronomen Remoui hic duplicem quandam errorem. dicebant hic pronomen [illegible] dicebant pronomen esse dum [illegible] inuentione [illegible] ex ratione [illegible] pronomen quod per se nomine solus [illegible]
[illegible] in [illegible] ipse [illegible] solus [illegible] ibi [illegible] discretionis [illegible]
[illegible] significatio [illegible] pronomine [illegible] ipse locutum [illegible] Quidam [illegible] ipse [illegible]
solum pronomen esse [illegible] prima [illegible] dicebant [illegible] pronomen ex inuentione [illegible]
[illegible] persone figuratiue [illegible] prime [illegible] ego ipse [illegible] Sed hoc [illegible] ipse dum [illegible] communis
[illegible] ratione [illegible] figuratiue [illegible] dicitur [illegible]
[illegible] dicebant ipse [illegible] esse pronomina. Et hoc [illegible] prime [illegible] persone dicebant [illegible] inuentio ut [illegible]
[illegible] persona relationem [illegible] in qua [illegible] fuerit [illegible] figuratiue [illegible] dicebant illud prime [illegible]
[illegible] relinquent. in [illegible] prime [illegible] Sed hoc rursus ipse dum [illegible] communis
[illegible] illud ipse [illegible] prime demonstratiuum [illegible] ad illo ipse [illegible] relationem [illegible]
[illegible] Si opponit [illegible] cum esse pronomina sic a principio dictum [illegible] pronomina [illegible]
solummodo dicebat [illegible] esse pronomina. Respiciens ad hoc [illegible] ipse [illegible] in [illegible] uoce [illegible]
pronomina [illegible] Sic [illegible] opponit. Si [illegible] ipse [illegible] et [illegible]
[illegible] nomina [illegible] pronomen [illegible] persone [illegible] auctoritas [illegible] ipse [illegible]
[illegible] persone [illegible] inuentu [illegible] pronomen prime [illegible] ut ipse facio ipse [illegible] nomen [illegible]
[illegible] illud pronomen [illegible] ille [illegible] ipse [illegible] dum [illegible] communis [illegible] pronomen [illegible]
[illegible] discretionis [illegible] significatiue ut ipse [illegible] ego [illegible] ego [illegible]
[illegible] ipse [illegible] ego [illegible]
[illegible] ipse facio [illegible] opponat [illegible] prime [illegible] ipse facio [illegible] Ego feci
[illegible] inuentum ut ponetur relatiue Sed [illegible] ipse
[illegible] fecisti. Similiter [illegible] ad demonstrationem [illegible] prima prime [illegible] Ergo
fecit [illegible] ipse ego [illegible] persone [illegible] persona [illegible] quod [illegible] ille [illegible] possumus
[illegible] rursus [illegible] ipse [illegible] persone quod [illegible] Quod [illegible] ipse [illegible] ponat
[illegible] in supradictum pronomen. [illegible] ipse ponit [illegible]
[illegible] maxime [illegible] interrogationibus [illegible] Nam ibi [illegible] ipse [illegible] ego [illegible] hac interrogatio
habet [illegible] interrogatiue aliquo quis fecit [illegible] respondet ipse [illegible] ego [illegible]
nem quis fecit respondeatur ipse [illegible] in hac responsione [illegible] prima [illegible] ego [illegible]
[illegible] maxime [illegible] ex interrogatione [illegible] ipse [illegible]
[illegible] Quidam [illegible] ipse [illegible] ipse
[illegible] exemplo [illegible] ipse [illegible] discretionis [illegible] ipse
[illegible] pronomen [illegible] discretionis [illegible] significatiue [illegible] ipse [illegible]
[illegible] ipse ibi [illegible] pronomen pronomen [illegible] Nam [illegible] ibi [illegible] pronomen. Nam [illegible]
[illegible] ipse [illegible] alius [illegible] qualitatis [illegible]
[illegible] pronominis [illegible] qualitate [illegible] respectu qualitatis [illegible]
[illegible] pronominis [illegible] significatiue [illegible] discretionis [illegible] Quidam [illegible] pronomen
[illegible] significatiue [illegible] exemplo [illegible] ipse [illegible] Nam [illegible]
[illegible] nominis implet. [illegible] legenda [illegible] nominis [illegible] nomen [illegible] ipse [illegible] nomen. Nam [illegible]
[illegible] nominis [illegible] nomen implet [illegible] nominis [illegible] accipit pronomine [illegible] nomen [illegible] ut dictum [illegible]
[illegible] ipse [illegible] nomen [illegible] Implet [illegible] nominis [illegible] modo. Uerba prime [illegible]
[illegible] subintellige [illegible] pronomine [illegible] nomen [illegible] appositionis [illegible] appositione [illegible] faciendam [illegible] nomen
aliqua [illegible] ipse illud [illegible] implet. [illegible] appositionis [illegible] pronominibus [illegible] constructionis [illegible]
[illegible] ipse illud [illegible] implet [illegible] persone [illegible] pronominibus [illegible] prime [illegible]
[illegible] prime [illegible] persone [illegible] nomen [illegible] prima [illegible] persona [illegible] prime [illegible] persone [illegible]
ut [illegible] persone [illegible] nomen [illegible] Nullum nomen [illegible] prime [illegible] persone [illegible]
[illegible] pronomine [illegible] ipse [illegible] ut ipse [illegible] ipse [illegible]
[illegible] Pomo [illegible] ipse [illegible] pertinet [illegible] ipse [illegible] nomen [illegible]
[illegible] substantia [illegible] ipse [illegible] nomen [illegible] ipse [illegible] nomen [illegible]
[illegible] ipse non implet [illegible] nominis [illegible] ipse [illegible] nomen [illegible] epicramaticon [illegible] appositiuum
[illegible] omnibus [illegible] pronomen [illegible] pronomen [illegible] pronomen [illegible] referentur. [illegible] appositiuum [illegible] pronominis [illegible]
[illegible] pronomen [illegible] nomen [illegible] nomen [illegible] pronomen [illegible] subiunctiuum. non [illegible] referentur [illegible] logica [illegible]
[illegible] pronominibus apponitur ut ego ipse [illegible] ipse [illegible] ego [illegible] ut ego ipse. [illegible] pronominis [illegible]
[illegible] pronomen cum apponitur ut ipse ego [illegible] Consuetudo [illegible] ipse in illo [illegible] exemplo pronomen [illegible] ponitur
[illegible] ipse [illegible] ut ipse [illegible] nominatiuo
[illegible] Nam [illegible] pronomine accipitur [illegible] pro [illegible] nomine [illegible] ipse [illegible] nomen
[illegible] significatiue discretionis. Nam [illegible] pronomen [illegible]
[illegible] ibi quod illud nomen significet [illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Cum autem vocativus prime et secunde persone quamvis pronominibus adiungitur vocativus prime et secunde [illegible] cum nominibus [illegible] sine [illegible] vocativo. Si [illegible]
[illegible] non est nomen [illegible] pronomen sicut supra dictum est. Pronomina vero primitiva [illegible] hucusque [illegible] in
[illegible] pronominibus [illegible] numerus [illegible] a quibus [illegible]
significare. Ex [illegible] ostendere differentiam ad primitiva [illegible] pronomen esse. Cum quoque [illegible] a singulis [illegible]
[illegible] duo [illegible] a [illegible] plurali [illegible] numero [illegible] quarto [illegible] singulis [illegible]
[illegible] penultimam [illegible] pluralis [illegible] forma [illegible]
[illegible] penultimam corripit [illegible] corripit [illegible] a genitivo [illegible] plurali [illegible] forma
[illegible] possessiva [illegible] genetivo [illegible] proferri
in fine. Integra enim [illegible] Simile [illegible] sincopam [illegible] sincopatum
[illegible] apocopatum quod [illegible] accentus integrum [illegible] sincopam [illegible] apocopam
[illegible] in sincopatis [illegible] apocopatis remansit [illegible] derivativa [illegible] accentus [illegible] penulti-
mam [illegible] post sincopam [illegible] accentus [illegible]
[illegible] dicuntur [illegible] Sunt ut dictum est [illegible]
[illegible] plurali [illegible] possessiva [illegible] significat possessorem [illegible] possessionem [illegible]
[illegible] significare [illegible] possessore ut [illegible] rogat me ut [illegible] ministret [illegible]
[illegible] plurali [illegible] rogant me ut [illegible] ministret [illegible] intelligitur [illegible] Cum [illegible] dicit quod [illegible]
[illegible] ad [illegible] intelligentiam [illegible] omne possessivum possessorem significat [illegible] possessionem [illegible] possessorem [illegible]
possessionem [illegible] secundum antiquam. Possessivum ut [illegible] significat possessorem [illegible] principium [illegible]
[illegible] primam sillabam [illegible] primitivi in quod resolvitur [illegible] possessore [illegible]
[illegible] possessivum [illegible] intelligitur possessionem [illegible] significat [illegible] finem [illegible] ultimam sillabam
[illegible] primitivi [illegible] possessionem determinatur [illegible]
[illegible] Ex qua parte [illegible] significare [illegible] primam partem possessor significaret [illegible]
possessio [illegible] ultimam. Hoc enim intelligendum putaverunt [illegible] significare [illegible]
[illegible] Possessorem in arte grammatica [illegible] Postea [illegible]
[illegible] dicatur significare [illegible] Significare [illegible] possessorem [illegible] significare [illegible] Significare [illegible] possessionem [illegible]
significare [illegible] determinate significetur possessio [illegible] dico [illegible]
non [illegible] indeterminate significetur [illegible] quodlibet possessivum [illegible] possessio [illegible] determinate [illegible] significare possessionem
[illegible] significare [illegible] significat possessorem [illegible] Significat possessionem
[illegible] significat possessorem [illegible] possessionem [illegible]
[illegible] possessionem [illegible] possessore significat possessivum [illegible]
[illegible] significat possessionem [illegible] determinatur
[illegible] possessio [illegible] possessionem [illegible]
[illegible] possessore [illegible] significat [illegible] possessione significat resolvitur in genitivum primitivi [illegible] significat
[illegible] possessore significat [illegible] numerum ad significare [illegible] ad pluralem numerum
[illegible] referri. Si [illegible] dicas magister legit in libro [illegible] ad singularem numerum refertur [illegible] possessoris [illegible]
[illegible] possessorem [illegible] singularis numeri. Sed si dicat boni discipuli magistrum suum diligunt [illegible] ad pluralem
[illegible] possessoris refertur. [illegible] possessorem significat [illegible] plural numeri [illegible]
[illegible] Ex qua parte [illegible] possessor [illegible] principium significatur persona possessoris [illegible]
[illegible] primitivi significat [illegible] primam sillabam [illegible] genitivo primitivi [illegible] possessivum [illegible] possessore [illegible]
[illegible] significat [illegible] persone [illegible] exponet [illegible]
[illegible] significat [illegible] possessorem [illegible] significare. Cum [illegible] Ex qua parte [illegible]
significat possessore [illegible] possessionem [illegible] possessorem significat [illegible] ex una parte
genitivum primitivi [illegible] genitivum primitivi [illegible] ut supra dictum est [illegible] hoc est
[illegible] ad singularem numerum [illegible] ad pluralem [illegible] referri [illegible] possessorem significat resolvitur [illegible]
[illegible] dicatur [illegible] accipiatur [illegible] dicitur [illegible] referri ad singularem numerum
[illegible] dicitur suus. Ut [illegible] rogat me ut suus [illegible] legat [illegible] singularem [illegible] respectu
referri ad singularem numerum pluralem. Hoc [illegible] latine dicitur [illegible] in quo [illegible]
[illegible] pluralis numeri respectu quorum dicatur suus [illegible] accipietur [illegible]
[illegible] ponere [illegible] Ut boni discipuli suum diligunt magistrum
[illegible] ministret michi. Sed discipuli [illegible] me legunt [illegible] ad librum [illegible] ad ipsum [illegible]
dictum est [illegible] primitivi [illegible] legi [illegible] ut [illegible] genitivum primitivi [illegible] modo [illegible]
[illegible] possessoris ut supra expositum [illegible] Quod [illegible] antiquos [illegible] principium possessivi
[illegible] possessoris eo modo quo designatur [illegible] genitivum possessivi primitivi
[illegible] significat possessorem [illegible] quod [illegible] genitivum primitivi resolvitur [illegible] possessore [illegible] significat [illegible]

[illegible] significat rem ut est aliquid [illegible] ad eam dicitur simo [illegible] nullum possum [illegible] possessionem significare potest hic nocere [illegible]
[illegible] hic nocere non respectu possessionis [illegible] significat. Ad eam [illegible] dicitur [illegible] nocere [illegible]
[illegible] possidet [illegible] [illegible] potest significare possidere [illegible] ego sum [illegible] significare possessione [illegible]
[illegible] significat [illegible] possessione [illegible] possidebit [illegible] potest esse [illegible]
significat [illegible] possessione [illegible] possessione [illegible] possidet [illegible]
[illegible] ego sum [illegible] significatur dicitur [illegible] potest [illegible] possessionis [illegible]
[illegible] possessivum non potest nocere hic non respectu possessionis [illegible]
[illegible] secunda [illegible] possessio [illegible] nocere [illegible] possessionis [illegible]
[illegible] nocere [illegible] non posse [illegible] possidere [illegible]
[illegible] manens [illegible] manens [illegible] nocere [illegible] potest esse nec [illegible]
[illegible] possessionis nocere non potest [illegible] nec respectu possessionis [illegible] non potest
[illegible]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

1572

182

90.

Th
957

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN